Erasmus (D.) G.41.
1075. m. 3.
2



Libellus de Conſcribendis epiſtolis, Autore D. Eraſmo, opus olim ab eodem cœptum, ſed prima manu, mox expoliri cœptũ, ſed intermiſſum, Nunc primum prodit in lucem.

Apud præclaram Cantabrigienſem Academiam. Añ. M. D. xxi.

Cum gratia & priuilegio.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

R.P.AC D.DOMINO IOANNI Fiſchero Roffenſi epiſcopo, Io. Siberch Cantabrigienſis typographus, S.D.P.

Btulit mihi haud ita pridē amicus quidam meus libellū hūc, quem habes, Præſul optime, doctiſſime, Aiebat ſeſe ex ipſo Fraſmi αὐτογράφῳ olim eum deſcripſiſſe. Rogabat ut imprimerem, Perſuaſit, ti id facerem, non aliam commodiorem patere uiam, memet in Eraſmi amicitiam inſinuandi, Quem heroa tantum abeſt, ut uoluerim, uel in re minima, unquam offendere, ut nunc̄ꝫ unc̄ꝫ in uotis quidc̄ꝫ magis fuerit, c̄ꝫ ut anſa olim præberetur mihi aliqua quaqꝫ uia gratificandi Eraſmo. Quanc̄ꝫ ut ingenue fatear præſt̄atiæ tuæ, uix quiuit perpellere me uir alioqui amiciſſim⁹ iuxta ac eruditiſſimus, ut hanc prouinciam capeſſerem, cū ob alia permulta, tum ob illud imprimis, quod non eram neſcius, c̄ꝫ male acceptus ſit Hollardus quidā ob non diſſimile negotiū. Nēpe is qui Colloquiorū formulas, non conſulto prius Eraſmo, eius nomine inuulgarit. Adeo niſi tu in tam ancipiti conſilio, ueluti deus aliquis ex inſperato interueniſſes, nō

potuiſſet

potuisset sane fieri, ut libellus hic formulis hisce meis excusus, nunc in publicum prodisset. Verum ubi uero quum iterum atq; iterum animo uersabam meo summam illam morum, uitæque integritatem tuæ, quæ facit ut omnes in tui admirationem, tuam que sententiam facile pelliceas. Rursum quum cogitabam insignem illam tuam prudentiam, neque non eruditionem pene incredibilem, pro quibus apud omnes omnia, apud Erasmum uero tuum nihil non potes. Confidebam fore, si hic libellus, istis tuæ amplitudinis manibus Britannis tuis, sed & exteris quoq; porrigeretur, non solum oburis, quod aiunt, manibus ab omnibus acceptum iri, sed etiam Erasmum ita temeritatem hanc meam laturum, ut non succenseret saltem mihi hoc nomine, etiam si non probaret factum, & quod in alijs solet, hic quoq;, si quid fortasse offenderit, uel in tuã gratiam, suprema manũ operi usq; adeo multũ diuq; desyderato, uellet imponere. Id quod si per te effecerit, præsul ornatissime, ñ parũ sane cõsulueris ertuditionis, uirtutũq; tuarũ gloriæ. Quæ etsi tot tã preclare abs te gestis clarissima, illustrissimaq; iam olim sit, hac tamen haud dubie uia, multo maximus, & claritatis, & splendoris cumulus illi est accessur⁹. Siquidẽ nõ crederes quantũ ab omnibus iuxta applaudebatur, quũ prim cœpt⁹ ẽ rumor ĩ uulg⁹ spargi de libello hoc, Deinde non facile est explicatu,

quantum a me quotidianis pene conuitijs efflagitabatur. Quem quum absoluissem tandē, mirū q̄ certatim in amplexus occurrebant, q̄ auide emptitabant, emptumq̄ desuauiabātur, Te bonorum studiorum parentem, te mœcenatem, te reparatorem subinde prædicantes, admirantesque. Quam ob rem quum par sit credere R. libellum hunc apud posteros quoq̄ plurimum laudis, gloriæq̄ pariturum tibi, amplectere obsecro hos clientuli tui labores, quos non nisi tua benignitate, certissimoque præsidio fretus, fuissem aggressus. Amplectere, & libellum ipsum, quem olim cuidam tuorum cognatorum, ipse dicauit Erasmus, Apud quem te eum mihi patronum præstes oro, ut nolit mecum iniuriarum agere, quod illius iniussu ediderim, sed ut interpretetur potius, in hoc a me excusum esse, ut illi, pariter & tibi, neq̄ non bonarum literarum studiosis omnibus gratificarer. Quod si effeceris abunde laboribus meis satisfactum putabo. Quid enim præterea desyderē, si mihi duo usq̄ adeo præclara numina, Te dico, & Erasmū, ullis laboribꝰ, aut officijs, aut obsequijs dēiq̄ meis cōcilia re liceat, Bene ualeat R.D.T. mecq̄ iter illos nūera, qui tuæ amplitudini serio sunt addictissimi, Cantabrigiæ decimo Calendas Nouembris.

Candido lectori.

I Gnoſces candide lector iam primū expe rienti mihi, & pro tuo candore lapſo faci le ueniā dabis. Equidē ingenue fateor, & fœdæ quidē, & ſæpius (quid enim manifeſta negem?) in hoc excudendo libello a me erratum eſſe. Verū id non tam mea incuria admiſſum putabis, q̄ ob exemplaris quod mihi contigit longe depra uatiſsimum, deſcribendi, emendandiq̄ difficultatē, Præſertim quū nec Eraſmū ipſum cōſulere, nec doctū aliquē adhibere licuit. Quanq̄ tu, quæ tua eſt ſapientia prudēs lector, etiā ſi illa quoq̄ in parte uel maxime a nobis peccatum fuiſſet, Homericū illd' facile cogitaſſes ſcio, Ἀλλ' οὐ γὰρ πώς ἔστιν ἄνπνους ἔμμεναι ἀνὴν ἀνθρώπους, Quare quum non ſit, cur iure mihi uelis ſuccenſere optime lector, ut eſſet, quam obrem me amares, laudareſq̄ plurimū, decreui erratorū quantū præſtare (nō abſq̄ Theſeo tamen) potuerim, emendam facere, Et ſi quid eſſet qd' tuā lectionem offenderet, morari ue poſſet, ſequenti in dicete amāter, liberecq̄ admonere. Quod reliquū eſt, Herculē, i. Eraſmū ipſum deſyderat, uirū in eiuſmodi negotijs & inuictiſſimū & potētiſsimū,

Vale.

Primo fo. facie i. lege. præſentem. Et penultio uerſu leg. blandicie, Vltimo uero, leg. blandicies. Secundo fo, fa, ij, lc, nomen. Tertio fo. fa, i, leg, uteremur. Quarto fo. fa, ij, p amicitias, leg, diuitias. Et pro uero, leg, Varo. Et pro ld, le, Tu. Et pro ſis cautus, le, ſcis cautius agendū. Et pro uenire, le, ui uere. Quinto fol. fa, ij, poſt iocus, adde, Nunc quid in unoquoq; genere fieri cōueniat, ordine cō ſyderemus. Sexto fo. fa, i, le, philoſophiæ parēs. Et fa, ij, le, Quid te & Romanū, & Chriſtianū facere par eſt? Septio fo, fa, ij, adde in primo uer, ſint expectanda, deſcribemus. Et pro exhor. le, exornatiões. Duodecio fo. fa, i, le, Conſuetudo, in pactū. & fa. ij. le, deorū. Quartodecio fo. fa, i, le, ui eieciſſe. & fa, ij, pro nihil, le, aliud. Decio quī. fo., le, multo acutior, & paulo poſt dele, eo tempore, &c. Si. Decioſexto fo. fa, i, le, ueniant. & pro hoc eſt, le, hoc etiam. Decioſep. fo. le, eo magis. Decimooctā, fo, pro configere, le, ſuis confiſus. & fa, ij, le, cui debere. Viceſimo fo, fa. i, le, ſi etiā bonos inimicitijs &c. Viceſimoſecū. fo. fa, i, pro educatus, le, abdicatus. & fa, ij, le, aliquid faciendi. Viceſimoter. fo, fa, i, le, inoportunus. & fa, ij, pro quicq; le, nihil ſolemus. Viceſimo quar. fo, pro adornandam, le, ad ornandam legibus. & pro ſtudioſus

dioſus le, ſtudioſius. & pro inueniri, le, muniri. & pro confirmandas le, confirmationes. Viceſimo quin. fo, fa, i, pro lunctis le, Adiunctis. & poſt Maiori, adde Minori. & poſt Tranſumptiõe, adde Caſu. Viceſimocta. fo, fa, i, le, Simile, Diſſimile, & Impar. Quadrageſimo ſex. fo. pro quicq; le, nouum aut. Fo. xlviij, pro gloria per orbẽ le, gloria tã late per orbẽ. Fo. l. fa, i, pro infringi le, frangi. & fa, ij, pro uiuendum, le, utendũ. & pro obrueret, le, obtineret. Fo. li. fa, i, le, Quorſum ſpectat tam. Fo. liij, p. noſtra. Si qua, le, Noſtra ſi qua. & poſt ſignificabimus adde, Si qua illius in nos officia, ea & ingenue fatebimur, & ultro amplificabimus, dicem⁹ q; &c. Fo. liiij, pro remune. le, renunciaturos Fo, lx, fa. i, le, unamquamq; habeat partem. Fo. lxi. le, Tamen quoniam, Fo. lxij. le, famula. & pro eo quod, le, quod ex illibus. & fa, ij, le, conſuſurrantes. & pro coniectare facere, le, coniecturam mouere. & pro reliquam ſublata, & quicquid, le, relicta. Sublatum & ueſtium. & pro quidlibet, le, quidq; Fo lxiiij, fa, i, pro An tot &c, le, Quot noctes iucũdis ſuſurrijs cõſumpſim⁹, & nũc aliquid ſomni fraudari dũ unũ aut alterũ uerſiculũ ſcribas, piget? Fo. lxvij, le, a noſtra modeſtia pauliſper abductos, iuitos admodũ id facere dicem⁹, id uereri ne ſi tacuerimus, ſilẽtiũ noſtrũ ñ modeſtiæ, ſed culpæ conſcientiæ imputetur. Fo. lxviij, fa, i, le, Ego quoq;

D. Erasmus Roberto Fi
schero S.P.D.

VIcisti tu quidē Roberte, Habes toties effla
gitatā a nobis epistolarū scribendarū ra
tionē. At uide interim, dū tuæ morē ge-
ro uoluntati, quantis calumnijs me ipse obiecerim.
Quid enim Critici dicēt, imo quid nō dicent? ubi
uiderint ausum me tractare rē, a tam multis, tā eru-
ditis scriptoribꝰ scite, diligenterq; tractatā? Vin tu,
inquient, Penelopis telā retexere? Quid enim tu ui
deas, qd illi non uiderint? Post tantos autores, aut
eadem, aut deteriora scribas, necesse est, Quorum
alterum superuacuum studiosis, alterū etiam perni
ciosum. Istis quū plurima possim, hoc unum dunta
xat respondeo, mihi liberum fuisse amicissimo ho-
mini gratificari, istis æque liberum esse, quæ non
probant, non attingere. Quanq; id unum tibi uni
polliceor, me neq; alienis inhesurum uestigijs, &
aptiora certe, si non eruditiora conscripturum. Nō
quo minus cæterorum studium probem, qui scis-
sa, quod aiunt, glacie, aliorum studium excitarunt,
Sed quia nemo sit omniū, in quo nō multa desy de-
rem. Id quā obrē alias fortasse nūc quātū ipsi
doctrina, usu, imitatione, cōsequi po
tuimus, q; breuissime trade
mus, Vale.

FOLIVM I.

CVIVSMODI ESSE DEBEAT EPISTOLARIS CARACTER, ET IN EA QVID FVGIENDVM, QVID SEQVENDVM.

Cenicus quidam uerborũ apparatus, & affectata grandiloquentia, cum alibi uix ferri poteſt, tum ab epiſtolari familiaritate uehementer abhorret. Is enim debet eſſe epiſtolæ caracter, tanq; cum amiculo in angulo ſuſurres, non in theatro clames, aut paulo etiã liberior. Multa enim epiſtolæ committimus, quæ coram pudet expromere. Quare ſcripturi, eius cui ſcribimus, oculos, uultum nobis repreſentem fingemus, eiuſq; ingenio accommodabimus omnia. Aſſurgimus tamẽ nonnunq; & in epiſtola, ſed intra contentionẽ orationum. Perſæpe autem ad uerba quotidiana demittimur, at ita, ut ſumma & mundities, & elegantia ſermonis adhibeatur. Vbi enim in tenui re uerſamur, ibi neq; copia, neq; ſplendore oratiõis laus quærenda eſt: ſed acumine, proprietate, lepore, ioco, blanditiæ. Familiares enim, ut ita dicã, ſunt epiſtolæ, iocus, & blanditiæ, eaq; quoties apte licebit, epiſtolis conue-

Fugiẽda affectatio

Iocus & blãdities epiſtolis familiares

cõueniet adhiberi. Nec minus amica breuitas est, nisi copiam res ipsa postulabit. Nam ampla in re breuem fieri tam turpe est, q̃ in breui longum. illic breuitas esse putanda est, ubi nihil redundat, nihil eximi potest. Hæc igitur cum in perpetua epistola, tum in salutatione potissimum erit obseruanda. Quid enim indoctius, uel potius stultius istis, qui odiosa, atq; ambitiosa salutatione, sex septemue uersus, bonam epistolæ partem occupant, ut necesse sit lectorem iam deficere, anteq; ad argumentum peruenerit. Iam uero quantum illic assentationum? quot portenta uerborum? hunc solem, illum Luciferum, alium lucernam ardentem, speculum, candelabrum, thuribulum, thesaurum, sacrariũ appellamus, apicem, culmen, florem, gemmã, iubar, paradisum, & quid non? Quis unquam colax, aut gnato ausus est ista proferre? Nõ pudet homines Christianos religiosos huius ambitiõis? Ipsi in Ethnicis gloriæ cupiditatem reprehendimus, cum aures nostræ pueriles assentationes ferre possint?

Fugiẽdã esse saluta tionẽ uerbosam, & ambitiosam.

Salutatio igitur indicium personarum habere debet, non laudem. Ad id adhibetur, ut constet, ad quem, & a quo sit epistola scripta. Nomen scribentis præferendũ. hoc pacto: Robertus. N. Erasmo suo S.D. Hunc salutandi morem apud Ciceronem & Plinium Iuniorem, & uetustissimos quosq; perpetuo

Cuiusmodi debeat esse salutatio.

petuo obſeruatum reperies. Nominibus officij, aut profeſſionis, appellationem ſubijcere licebit, ut M. Cicero Proconſul, C. Cæſari Imperatori S. D. Henricus Antiſtes Cameracenſis, Philippo Burgundiorum duci S. P. D. Iacobus Battus publicus ſcriba a ſecretis Eraſmo theologo S. D.

Porro epithetis illis nō in ſalutationibus, ſed in ipſa epiſtola utemur. Idque uocandi caſu hoc modo: tranſferē

Quō ſint transferenda epitheta.

Eccleſiaſticorum epitheta,

Beatiſſime, Summe pontifex, Ampliſſime pater, Sanctiſſime præſul, Antiſtitū maxime, reuerende, uenerāde, obſeruāde, humaniſſime, benigniſſime.

Principum laicorū, epitheta.

Regum inuictiſſime, fortunatiſſime, clementiſſime. Triumphalis imperator, feliciſſime, potentiſſime. Ducum illuſtriſſime, fortiſſime, excellentiſſime. Princeps generoſiſſime, ſplendidiſſime, munificentiſſime, ſtrenuiſſime, magnanime.

Magiſtratuum epitheta.

Senator grauiſſime, continentiſſime. Conſul ornatiſſime, iuſtiſſime. Iudex incorruptiſſime, optime. Prætor ītegèrrīe, circūſpectiſſime. Vir clariſſime.

Studioſorum epitheta.

Theologorum doctiſſime. Rhetor facundiſſime, diſertiſſime. Porta diuine. Iuriſperitorum conſultiſſime, Dialecticorum acutiſſime.

Cognatorum & affinium.

Mater pientissima. Vxor iucũdissima. Pater obser uandissime. Marite mi. Frater charissime. Affinis. Soror iucundissima. Socer optime. Fili suauissime. Gener iucũdissime. Filia dulcissima. Optĩe patrue.

Priuatorum epitheta.

Optime uir. Vir innocentissime, integerrime, amicissime, humanissime. Senex, adolescẽs prudentissime, ingeniosissime, generosissime. Mulier optima, castissima, ĩtegerrĩa, primaria, nobilissima, patritia.

Vbi epithetis utẽdum.

Neq; his temere conueniet uti, sed ubi ad rei commoditatẽ facere uidebũtur. Veluti si principis fortiter gesta laudabimus, fortissimũ appellabimus. Si pro beneficijs gratias agemus, munificẽtissimũ, liberalissimum, benignissimum, nominabimus, & ita de cæteris. Quos familiarius uero amamus, eorum nomine cum blandimento subinde repetemus, ut mi Cicero, mea Tulliola, mi frater, mea Katharina. Vbi antem salutatio præmissa utriusq; nomen complectitur, superuacaneum fuerit in calce epistolæ subijcere: Erasmus tuus, & eiusmodi. Verum ubi uel omittitur salutatio, uel hoc modo ponitur: Salue præceptor optime, salue frater iucundissime, salue mea lux, salua sit tua paternitas, humanitas, & cætera id genus. Tum epistolæ est nomen nostrum subscribendum hoc pacto: Robertus piscator

Appendix.

De noua ratione salutandi.

ſcator ex animo tuus, haud ficte tuus. Iacobus Bat
tus quantus eſt tuus, tui amantiſſimus, tibi deditiſ-
ſimus, tuæ paternitati deuinctiſſimus, pprius, pe
culiaris, addictiſſimus, ad omnia paratiſſimus, qđ
ut citra barbariem fieri poteſt, ita præter ueterum
conſuetudinem fieri neceſſe eſt. At offendemus, Confuta-
ſi ſic ſalutemus: at ego nondum arbitror ita deſpe- tio.
randos animos hominum, quin quos imperiti, &
aſſentatores corrumpere potuerunt, doctiſſimo-
rum hominum, & autoritas, & conſuetudo queat
reſtituere. Quod ſi quid innouare placebit, tolera-
bitur nouitas, modo barbaries abſit, & paraſitica il
la aſſentatio, hoc modo; Conſultiſſimo uiro Petro
Aſinio iuris põtificij profeſſori, Paulus Ardelius
S. D. De præfatione epiſtolari.

Franciſcum Nigrum, ſcriptorem audacem potius
q̃ accuratum, præcepiſſe uideo, ut in ſingulis epi-
ſtolis præludio utemur. Equidem ut interdũ præ
fari probo, ita ſemper id facere, & breuitati officit
& odioſum eſt. Quod ſi res flagitabit, id q̃ breuiſ
ſime fieri poterit, conueniet, & ita ut nõ prohemiũ,
ſed rem ipſam dicere uideamur.

Diuiſio prima epiſtolarum.

Epiſtolarum aliæ ſunt mixtæ, aliæ ſimplici argu-
mento. Mixtæ cum multæ Ciceronis, tum illa ad
Quintum Fratrem exemplum eſſe poteſt: cuius

initium est. Ad quartũ nonas Iunias, quo die Romam ueni, accepi tuas literas datas placentiæ. In hoc genere aut quicquid in mentem ueniet, effundemus, aut a tempore rerum ordinem sumemus, aut ipsi ordinem fingemus. Si pluribus epistolis una respondebimus, singulis ordine respondebimus, & transitiõibus huiusmodi utemur, habes de primis literis, nunc de alteris audi, Respondi secundis literis, nuc de proximis accipe. In diuersis argumentis ordinem ipsi fingemus, si primum quæ uolumus significabimus. Deinde ad illius scripta ueniemus, hac quidem transitione, habes quæ hic gerantur. Nunc ordine tuis literis respondebimus, hoc quidem initio. Multa erant tuis in literis, quæ me non mediocriter delectarunt, nonnulla minus placuerunt: illud gaudeo, hoc iucundum fuit, illud doleo, & his modis. Aut primum publicis, deinde priuatis de rebus scribimus, prius quæ ad nos, deinde quæ ad ipsum spectant. Cicero: Habes forensia, nunc domesticas res accipe. Omnibus fere de rebus habes, unum illud addam.

Quis ordo in epistola mixta.

A tẽpore

De fingẽdo ordine.

Exẽplũ epistolæ mixtæ, seu ñ siplicis argumẽti.

Salue Roberte, quãtũ uterq; uolumus. Ad iij. idus no. Basilea soluimus, nauigatiõe fausta usq; sumus usi. In itinere tuorũ prætermisi neminẽ, cui noĩe tuo nõ dixerim salutẽ diligẽter. In patria oẽs & tuos, & meos

Pars numeratoria de suis rebus.

meos (quid enī meū, qđ nō idē tuū) īcolumes of- De eius
fendi. Mādatorū tuorū a me præteritū ē nihil, Ma cui ſcribit
ter tui deſyderio uehemēter angitur, quā crebris li-
teris leuare, tuæ fuerit pietatis. Sorori qđ nouo par
tu ſit aucta, debes gratulari. Gener rem domeſticā
ſtrenue adminiſtrat, domus tua edificatur diligen-
ter. De tuis rebus habes, de meis uiciſſim accipe.
Beneficiū ſummo oīm cōſenſu obtinui, delectat lo
cus, nihil amenius, nihilq; ſalubrius. Hic academiā Tranſitio
plane quandā inſtituere cōſiliū eſt. Sed o utinā te re de ꝓpriis
ducē haberemus, ut una philoſophemur. tua apđ rebus.
regē cōmendatio, plurimū mihi & ornamenti, &
emolumēti attulit. De priuatis utriuſq; rebus hacte
nus. De publicis nihil habeo qđ ſcribā, niſi oīa ad ſū
mā pacē, cōcordiāq; ſpectare. Seditio coorta, ſum Tranſitio
ma prudētia prīcipū, ſine cede & ſanguine ſopita ē, de publi-
pax a Philippo Burgundionū duce per legatū anti cis rebus.
ſtitē petita, haud grauate conceſſa ē. Scoti ſub iugū
miſſi, habes de patriæ publico ſtatu, Nunc ad tuā
epiſtolam uenio, De recreata ſalute, tantū tibi gra-
tulor, quantum te amo, Conſilium tuum de adeun Alia tran
da Italia, uehementer probo, quod ut bene tibi uer ſitio.
tat, precor, Quod Pōponius te īſalutatū reliquerit
& tuo, & illius noīe doleo, Sed recreor qđ Tiro-
nē receperis, Quod de nouis rumoribus ſcribis, iā
ego iſtđ ex aliis audiuerā, De maternis negotiis tu

memo-

memorem mones, ita enim mihi curæ sunt, ut nec ti
bi quidem ipsi, solicitudine, diligentiaq; concedã.
Caue putes te a patria abesse, dũ ego adero. Quod
res amissas recuperaris, gaudeo. Tã odiose tibi ab
isto nebulone negotium exhiberi non grauiter fer
Purgato- re non possum. De scribendi cessatiõe me sine cul
ria pars. pa accusari gaudeo. Hic primus est oblatus, cui li-
teras committerem. Ita ne agis? tu amicitias meas
Pars ioco contemnis? Cresum appellas. Ego uero efficiam,
sa. ut huic tenuitati nostræ, tu uero nomine Cresus in
uideas. Sed fuit mihi tuus iocus uehementer iucun
dus. Quod me uero uehementer charum esse scri-
bis, uoluptatem mihi nuntias. Quod Erasmus de
me amantissime & sentit, & loquitur, nihil miror,
quid enim noui fecit? Quod ad me non scripserit,
excusationem libens accipio. Illud in calce tuarum
literarum de celeri reditu tuo, me super omnia dele
ctauit. Respondi fere omnibus epistolæ tuæ parti
bus. Fac q̃p sæpissime ad me scribas. Id quod facis,
magno animo in literas incũbe. Incredibilis est om
nium de te expectatio, quam ne fallas curabis. Italo
rum ingenia nosti, sis cautus, memineris te inter ue
nena uenire. Valitudinem tuam cura diligẽter. Car
liolis pridie calendas decembres.

Quot sint epistolarum genera, quæ simplici
sint argumento.

Rhetorum

Rhetorum quidem præceptio, quoniam ad forenſia negotia accomodatur, recte materiam orationis in tria genera diſtribuit. Iudiciale, Deliberatiuum, Demonſtratiuū. Atq; ex his tribus fontibus, quū omnia epiſtolarum argumenta emanent, multo tamen latius, liberaliuſq; uagantur. Quid enim eſt, quod literis nō cōmittimus? In his ſtomachamur, blandimur, iurgamur, conſolamur, nugamur, iocamur, quærimur, ridemus, lachrimamur, amamus, odimus, conuiuamur, ſomniamus, & quid non? Hijs ebrij, ſobrij, noſtras cogitationes cōmittimus. Quare eas quidem epiſtolarum ſpecies, quæ ſub illis tribus generibus contineri uidebuntur, eodē referemus, reliquas ſeparatim ab illis annumerabimus. Et quoniam deliberatiui generis uſus, quam latiſſime patet, exordium ab eo ſumemus. Cuius ſpecies, & quæ ad ipſum fere pertinere uidentur, ſunt, Exhortatio, dehortatio, ſuaſio, diſſuaſio, cōſolatio, petitio, commendatio, monitio, amatoria. Ad demonſtratiuum genus pertinent deſcriptiones perſonarum, urbium, agrorum, regionū, animātiū, edificiorū, temporū, montiū, ut Aethnæ, & huiuſmodi. Ad iudiciale genus hæc referuntur, Criminatio, defenſio, expoſtulatio, purgatio, exprobatio, inuectiua, deprecatio. Exta uero hæc tria Rhetorum genera, ſunt & epiſtolarum ſpecies, Nuntia

tio, cõmissio, aut mandatio, narratio, collaudatio, gratiarũ actio, querela, lamẽtatio, gratulatio, iocus.

De exhortatoria, & quid interſit inter ſuaſionem & exhortationem.

Exhortãdi genus a ſuaſorio haud multo abeſt diſcrimine, abeſt tamẽ. Nam ſuademus ut uelit, exhortamur, ut audeat, ſuademus pbãtes, exhortamur incitantes. Suadẽdo ut nobiſcũ ſentiãt, efficimus, Exhortando animũ addimus, Suaſio rationibus, Exhortatio ſtimulis utitur. Suademus aliter ac nos ſentimus ſentiẽtibus, Exhortamur timidos, ignauos, ceſſantes: & ut ſemel finiam, non exhortamur, niſi iam perſuaſos. Quare fere uſu uenit, ut & ſuaſio exhortationem, & exhortatio ſuaſionem habeat admixtam. Quanquam nos docendi gratia ſeparauimus, Cicero Trebonio. In excitando autem, & acuendo plurimum ualet, ſi laudes eũ, quẽ cohortere. His autem potiſſimum partibus conſtabit exhortatio, Laude, ſpe, metu, exemplis, expectatione, obſecratione. A laude tractabitur exhortatio, ſi hactenus ab eo geſta, ab omnibus uehementer prædicari, dicemus. Si ut re feliciter, ac ſtrenue cœpta, pari, aut maiori etiam animi magnitudine pergat, hortamur. Si genus, ſi nobilitatem, ſi dignita-

Quibus partibus cõſtet exhortatio.

A laude.

gnitatẽ, ſi ſplendorem, ſi famam, ſi fortunas extol-
lemus, ac, ne quid his indignum admittat, admone
bimus. Meminerit eruditionis ſuæ, ſapientiæ, uir-
tutis, ætatis, ueterum, bene geſtorum, ut ſtudeat
ſuorum maiorum ſimilis exiſtere, imo utroſq; exu A ſpe,
peret, Neu quid illis indignum admittat. Spe me- metuq;.
tuque accendemus, ſi decus, ſi gloriam, ſi immorta
litatẽ, ſi emolumentũ, ſi uoluptatẽ proponemus, ſi
diuerſa ex parte obſcuritatẽ, ignominiã, reprehẽſio
nẽ, damnũ, dolorẽ oſtẽdemus, Si quũ hæc uehemẽ
ter exaggeratuerimus, tũ labores, quibus iſta uel cõ
parari, uel euitari queãt, extenuabimus. Porro nulla De exem
re uehementius, quam eorum, quos miramur ex- plis in ex-
emplis ad uirtutem accendimur. Quare hæc con- hortando
ueniet diligenter adhibere, & quidem uetuſta,
illuſtriaq;, Potiſſimum ſi quos habuit ſuæ patriæ,
ſuæ urbis, ſui ordinis, ſuæ profeſſionis, ſui generis
celebres uiros, eorum dicta, ac facta in oculos po-
nemus, parentum autẽ familiaria, ac propria, quæ-
dã, quæ geſſerint, aut dixerint, conducet repetere,
quibus agnitis, neceſſe eſt filiorum animos uehe-
menter commoueri. Exemplis uero ita utemur, Tracta-
ut eos, quos adducimus, cũ magnifica aliqua lau- tio exem-
de proferamus, ut Socrates ille philoſophorum pa plorum.
rens, Plato philoſophorũ grauiſſimus, Alcibiades,
oĩm, quos Græcia uidit, ĩperatorũ lõge clariſſimus

Scipio nõ ſine cauſa a multis laudatus, & ita de aliis. Hæc autem debent ei rei, ad quam hortamur, eſſe cõ accommodata. Deinde rem ipſam appoſite, & cum amplificatione quadam exponemus. Exemplo collationem ſubiiciemus, in qua conuenient argumentis illis rhetoricis uti, quæ uocãtur, A pari, Ab impari. Sumit autem collatio, a ſexu, ab ætate, a patria, a præmiis, aut ab alia circumſtantia, hoc modo, Fœmina potuit uitam contemnere, & tu uir mortem honeſtiſſimam times? Ille iuuenis hoc auſus, tu iam grandis natu non audebis? Si homo & Barbarus, & Ethnicus hoc intellexit, id & Romanum, & Chriſtianum par eſt. Ille prophanus, tu ſacris iniciatus. Ille nullis præmiis inuitatus, tibi omnia ſumma proponuntur. Vt autem exemplorum uarietas, & ordo quidam habeatur, antiquiſſima quæcõ primo loco ſtatuentur. Atcõ a Græcis quidem, ad Romana. A Romanis, ad Barbara. A Barbaris, ad Hebraica. Ab Hebraicis, ad Chriſtiana. A ueteribus, ad recentia. A recentibus, ad ea, quæ noſtra memoria ſunt geſta, ueniemus. Præterea ab externis, ad noſtratia. A noſtratibus, ad domeſtica deſcendemus. Fabulas quocõ inter uetera conueniet adhibere, ut ſi res geſtas cum laude poetæ proponemus, aut certe ſi, quid doctiſſimi eiuſmodi fabulis uoluerint, aperiemus. Ad comparandã denicõ

A ſexu.
Ab ætate
A patria.
A profeſſione.
De ordine & uarietate exemplorum.

denicq; exemplorum copiam, cum plurimarum hi- Quō exē
ſtoriarum lectio, tum multarum rerum uſus uehe- plorum
menter conducit. Sed quo ſimus ad quamuis mate copia cō-
riam inſtructiores, oportet de quoq; uitio, de qua paratur.
que uirtute, magnam uim factorum, & dictorum,
comparare. Idq; ex omni genere hiſtoriarum, an-
nalium omnium gentiū, quæ tancq; in ſtatione col-
locata, quoties uocentur, adſint ad manum. Qua
in re, & ordo, quem modo oſtendi, & Valerij ma
ximi, & apophthegmatum Plutarchi diligens le-
ctio, ſtudium noſtrum uehementer iuuabit. Et de
exemplorum uſu, hoc eo diligētius admonuimus,
quod non in hoc modo genere, ſed & in omnibus
fere generibus frequenter incidit. Nec mediocrē Ab expe
ſolicitudinem inijciemus, ſi quanta ſit omnium, tū ctatione
amicorum, tum principum de eo, uel publica, uel amicorū.
priuata expectatio. Nominatim eorum, quorum il
le iudicium, & autoritatem plurimi facere uidebit.
Eam expectationem probabilem reddemus a ge-
nere, ab indole, ab educatione, a præceptoribus, a
loco, ab anteactis rebus, & his ſimilibus circūſtan-
tijs, quanta ſit beniuolentium futura gratulatio, ſi rē
bene geſſerit, oſtendemus. Deinde æmulorum, & Ab expe
inimicorum expectationem atrociter exaggerare ctatione
ſtudebimus. Horum omnium, quæ lætitia, quæ in maliuolo
ſultatio, qui riſus, quæ maledicta, quæ ſcommata rum.

Et ut illic profuerit nominatim aliquot proferre, quorum iudicio, & authoritate plurimum eum commoueri credimus. Ita hic iuuabit appellare eos, quos nouimus illi esse quam maxime inuisos, & infestos. Acrius interdum odio, quam amore extimulatur animus humanus. Obsecratione demum exhortationem concludere licebit, quæ tanquam rhetorici epilogi fungatur officio. Obtestabimur per generis sui nobilitatem, per maiorum imagines, per gloriam bene gestis partam, per indolem egregiam, per sapientiæ, & ingenij laudem, per amicorum uota, per inuidorum odia, ut quæ se digna sint, maximo animo curet. Conueniet interim exhortationibus, uim quandam, & acrimoniam admiscere, membra, & articulos frequenter adhibemus. Præterea Repetitiones, Comparia, Contentiones, & similes exhortationes, quæ uidebuntur acrimoniam quandam habere. Cuius generis cum plurima e Ciceronis, aliorumque exemplis, tum e Titi Liuij conti onibus, & orationibus, quibus apud hunc authorem Imperatores commissuri, suos milites adhortantur, colligere licebit. Nos ut quæ præcepimus, tanquam digito ostendamus unicum exemplum subijciemus.

De obsecratione.

Exemplum

Exemplum epiſtolæ Cohortatoriæ.

Dici non poteſt iucundiſſime Nepos, quãta tum me, tum tuos omnes uoluptate affecerit pulcherrimus rumor nuper hic, de rebus fortiter a te geſtis, exortus. Iacta ſunt perpulchra immortalitatis tuæ fundamenta. Quid aũt hortari incipiam, ut rem diuinitus cœptam, perficias, qui eo animo ſis natus, ut nihil unquam humile, aut ſordidum cogitaris, utque non tam calcaribus, quam frenis egere te putem? Sed tamen incredibili quodam ergã te ſtudio compellor, te currentem (quod aiunt) incitare. Ihone, quo uirtus tua te uocat, Ipſe fauſto, perge quod ſumma cum laude cœpiſti, Te natalibus tuis, quibus hæc urbs nihil unq̃ uidit illuſtrius, patre tuo clariſſimo, iſta tua indole, iſta eruditione, iſto animo dignum præſtare. Impone ſummam manum, immortalibus monumentis, a quorum abſolutione non multum deſyderaũ, Certaſti cũ maiorũ tuorũ imaginibus, quibus tua pte uirtute plus lucis attuliſti, q̃s ceperis, Viciſti ætatẽ, qua cum prope adhuc impubes habearis, tamen forti uiro nõ indignũ uel geſſiſti, uel cogitas, Anteuertiſti maioribus tuis uirtutũ magnitudine, Viciſti hactenus & tui ſtudioſorum expectationem, & æmulorũ inuidentia. Sed poſtq̃ oia ſuperaſti, unũ etiã certamẽ reliquũ eſſe puta: Nẽpe ut teipſum

Exhortatio cũ laude mixta.

teipſum imiteris, tui ſimilis eſſe ſtudeas, tu teipſum præire contendas. Nam uinci a teipſo, tam fœdū fuerit, q̄ pulchrum fuerit reliquos ſuperaſſe. Ita ſi ſemper tibi inſtes, non deerit, qui cū laudibus cer-

A ſpe me tuque. tare poſſis. Cogita te eum in locum, ipſius fortunæ manibus eſſe deductum, ut neceſſe ſit, aut ſumma cum laude peragere, aut ſummo cum probro defatigari. Ardua quidem, & difficilis eſt uirtutis uia, ſed ampliſſima tibi præmia ꝓpone, Decus, immortalitas, imperium, opes, dignitas, felicitas in manu ſunt, ſi pertenderis. At ſi (quod omen diꝫ auertāt) defatigeris, non ſolum priſtinæ gloriæ tenebras offuderis, uerumetiam impoſterum omnem dignitatis ſpem tibi recideris. Labores neq̄ diuturni ſunt, neq̄ ita magni, præmia tum æterna, tum ampliſſima proponuntur. Multa iam pars exhauſta, annus duntaxat eſt tibi perdurandus. In quo facito, ut tanq̄ in concluſione, & extrema muneris tui parte, perfectiſſimus, atq̄ ornatiſſimus fuiſſe uidearis.

abexēplo Exemplū poeticū. Fac ut ueterum heroum pulcherrima facta oculos aſſidue uerſentur. Hercules ille totius Græciæ facile princeps, quot laboribus ſibi iter in celū aperuit? quot monſtra ſuperauit? qui ad inferos etiam ipſos legitur penetraſſe. Quæ tibi ſi ficta de illo uidebuntur, non pugno quidem, ſed diuinitus omnino a ſapientiſſimis, doctiſſimiſq̄ uiris excogitata puto.

puto. Nam quo alio consilio Homerus poeta diui nus Vlissem, quem nobis ut sapientis uiri exemplar proposuit, tam diuturnis laboribus iactatũ scripsit, nisi ut significaret hanc unã esse ad immortalitatẽ uiam? Hac Epimanundas, hac Alcibiades clarissimi Græciæ imperatores, sibi immortalem apud posteros laudem pepererunt. Quid aliud Alexandrum Magnum cogitasse credis, cum se tantis periculis obiiceret? Quem tu laborem Decios illos recusaturos fuisse unq̃ credis, quorũ alter, ut æternam sibi laudem compararet, demonibus se deuouit, alter in medios hostes se præcipitem dedit? Quæ non ætas Machabæorum nomẽ celebrabit, quorum unus elephanti uentre perfosso pulcherrimam oppetens mortẽ, clarissimo facinore immortalem gloriam est consecutus? Sed quid nos externa, atq; antiqua repetimus? domi habes, qui te ad domestici huiusmodi uirtutem debeant incitare, & quidem cum eo uehementius, quo genere coniunctiores. Nam cæteros quidem egregios uiros imitari, laudi ducitur, at tuorum non sine summo dedecore similis esse non potes. Viuit adhuc recens, & posteritate ipsa crescit, paui tui uiri fortissimi memoria. Quanto ille animo iã inde a teneris annis ad nominis immortalitatem contendit? Honestos ille labores pro ludo habuit, uoluptatem, & otium non secus, ac

Expositio fabulæ.

Exemplũ Macedonicum.

Exemplũ Romanũ

Exemplũ Hebræũ.

Exemplũ Aui.

peſtem teterrimam fugiebat. Sæpe ipſe ex eo iam natu admodum grandi, audiuiſſe memini, ſe haud longiorem uitam a ſuperis optare, q̄ patriæ ſua induſtria poſſet uſui eſſe, cui ſe potius, q̄ ſibi ipſi natum dicebat. Ad propiora ueniã, tibi magis, q̄ mi hi ipſi nota, Pater tuus uir fortiſſimus, atq; optimus, quid unq̄ durũ, aut difficile iudicauit, quod uel ad gloriæ incrementum, uel reip. commodum pertinere putaſſet? Quot ille, quamq; difficiles legationes adoleſcens non ſine ſumma laude obijt? Quot hiemes ſub pellibus egit? E quãtis anguſtijs ſua ſe uigilantia expediuit? Quẽ ille magiſtratum non petijt? Quid autem petiuit, qd̄ nõ obtinuit? Quid obtinuit, quo non ſumma cum laude ſit perfunctus? Debent pectori tuo paterna illa monita infixa ſedere. Sæpe enim te adoleſcentulum, ut memini, Vergiliano illo carmine conſueuit exoſculãs hortari, Diſce puer uirtutem ex me, uerumq; laborem, Fortunam ex alijs. Nec raro me audiente, hũc uſurpare ſermonem ſolebat, ſibi prorſus uideri nihil intereſſe inter eos, qui nunq̄ nati eſſent, & eos qui nulla re memorabili geſta, obſcuri ex hac uita migraſſent. Quare quum ab his ſis maioribus ortus, huiuſmodi præceptis foris, domiq; inſtitutus, obſcurum tibi eſſe non debet, quid tui, uel patria ipſa abs te expectet, præſertim quũ iſti generi, iſti indoli,

Exemplũ patris.

Repetitiones.

Dicta familiaria patris.

Ab expectatione.

indoli, egregiam quoq; doctrinã adiunxeris. Quũ iam iſtiuſmodi rudimenta ediderís, cogita tuorum omniũ non amicorũ modo, ſed ciuium oculos in te unum coniectos, omniũ in te ſuſpenſos animos, quorum iam expectationi uix ſatisfacturus uideris. Si à nataliũ tuorum uirtute nihil degeneraueris, neſcio quid maius ſibi de te pollicentur, quorum ſi uotis tua uirtus reſpondcrit, quid ſi etiam uicerit? quantus erit tuorum omnium triumphus? quanta patriæ gratulatio? Quantum autem Nebulonũ uiri, ut ſcis, tui amantiſſimi, & iudicij de te, & amori in te acceſſerit? Sin rem indiligenter geſſeris (quod omen deus auertat) maliuolentiſſimi homines, qui tuæ hactenus inuiderunt uirtuti, quoſcq; rerum tuarum ſplendor excruciat, continuo uerticem tollent, Erimuscq; & tu, & tui omnes ludibrio, & riſui nebulõibus inuidẽtiſſimis. Amici muteſcẽt, inimici iſul Contentabũr, beneuoli frigidi, maleuoli feroces, Zoili ĩ te tiones. odiũ noſti, nullo cõmodiori modo peſtẽ illã ulciſci potes, q̃ ut gloriæ tuæ ĩuidia tabeſcat. Varũ aũt perſona. uirulẽtiſs. hoĩem plane ad ſuſpẽdiũ adegeris, Si nobis uictor redieris, Codrus iã nũc ſuſpẽdio trabẽ elegit. Si nihil te, neq; tua gloria, neq; noſtra expectatio mouerit, hoc certe tãti fuerit, ut hæc monſtra conficias. Quare te chariſſime nepos, per lucu- Epilogus lentiſſimas maiorum tuorum imagines, per egre- per obſegiã idolẽ, per ſapiẽtiæ laudẽ, cui ſemper ſtuduiſti, cratiunẽ.

Ab expectatione.

per noſtram, patriæq; expectationẽ, per bene auſpicata laudum tuarum initia, obſecro, atq; obteſtor, ne committas, ut quum cæteros uiceris, a teipſo ſuperatus uidearis. Dij tua cœpta ſecundent, & felicibus utere fatis. Vale decus noſtrum. Eſt & inter Hieronymianas epiſtolas, Exhortatoria ad Heliodorum, quæ uniuerſum eius generis artificium una complectitur.

De Dehortatorio genere.

Perepretium non putaui, Dehortationis exemplum ſubijcere, quod eadem ſit utriuſq; generis ratio, cum uix unq; exhortemur, quin eadem opera dehortemur. Exempla eorum, quibus ea res infeliciter ceſſerit, accumulabimus, Deinde probrum, conuitia, damnum, incommoda diligenter colligemus, quæ per exornationem, quam rhetores deſcriptionem appellant, ante oculos ponemus :. Sed hæc ſtudioſorũ induſtriæ relinquenda putauimus. Nunc ad ſingulas cuiuſque generis partes, non quidem ex omnibus, ſed optimis autoribus, ſiluam quandam uerborum, ac ſententiarum miniſtrabimus, quibus, ex noſtris nonnihil adijciemus, quo ſcripturi, hæc ſemper tanquã penum ad manum habeant, & imitandi ſtudio ſimilia

milia diſcant effingere

Exemplum depromptum ex prima Ciceronis ad Q. Fratrem epiſtola.

Quare quoniam ī iſtis urbibus cum ſummo im- Ab expe
perio, & poteſtate uerſaris, quibus uirtutes tuas ctatione.
conſecratas, & in deorum numero collocatas bonorū,
uides, in omnibus rebus, quas ſtatues, quas de
cernes, quas ages, quid tantis hominum opinio-
nibus, tātis de te iudicijs, tantis honoribus debeas,
cogitabis. Quod ſi in mediocri laude ſermonis, ac
prædicatiōis, res noſtræ eſſent, nihil a te eximium,
nihil præter aliorum conſuetudinem poſtularem.
Nunc uero propter earum rerum, in quibus uer-
ſati ſumus, ſplendorem, & magnitudinem, niſi ſum
mam laudem ex iſta prouintia aſſequimur, uix ui-
demur ſummam uituperationem poſſe uitare. Ea
noſtra ratio eſt, ut omnes boni tum faueant, tum
etiam a nobis omnem diligentiam, uirtutemq; po-
ſtulent, & expectent. Omnes autem improbi, qd' Ab expe
eum his bellum ſuſcepimus, ſempiternum, uel mi ctatione
nima re ad reprehendendum contenti eſſe uidean malorū.
tur. Quare cū eiuſmodi theatrum eſt, totius Aſiæ
celebritate refertiſſimū, magnitudine ampliſſimū,
iuditio eruditiſſimum, natura autem ita reſonans,
ut Romam uſq; ſignificationes, uoceſq; referātur.
Contende quæſo, atq; elabora, non modo ut his re

 bus di-

bus dignus fuisse, sed etiam ut omnia illa tuis artibus superasse uidearis.

De epistola Suasoria.

Am ad suasorium genus uenia mus, quod quidem ab illo superiori non admodum abhorret. Nam ut illic, ita hic quoq; laudem, spem, expectationē, cohortationem nonunq; admiscemus. Suasoriam igitur epistolam hoc pacto licebit instituere, Si res postulabit, captāda paucis est beniuolentia. Id quemadmodum fieri conueniat, a rhetoribus diligenter monstratum est. Deinde narrationem subiiciemus, in qua omnia ad suadendū accommodabimus, & tanq; argumentorum semina iaciemus. Deinde si res ipsa partes in se continebit, eas cū diuisione ꝓponemus. Quod si simplex erit, ipsi nostro ingenio diuisionē faciemus, & rationum capita, a quibus potissimum sumus suasuri, sub distributione, ut diximus, enumerabimus. Deinde singulas rationes uarie, copioseq; tractabimus. Si quid uehementer nostræ rationi uidebit officere, id statim in principio destruemus, aut ut quidq; incidit, ita confutandū erit. Sed de rationū inuentione prius, postea de earum tractatiōe præcipiemus. Sumunt aūt ratiōes ab hīs potissimum partibus,

Quibus partibus constet suasoria epistola.

Narratio

Diuisio.

Cōfutatio.

Enumeratio partiū a quibus constet.

partibus, hõesto, utili, tuto, iucũdo, facili, necessario. Hõestũ aũt diuidit̃ ĩ rectũ, & laudabile: Rectũ in uirtutẽ & officiũ: uirtus in prudẽtiã, iustitiã, fortitudinẽ, tẽperãtiã: Prudẽtia in intelligẽtiã, memoriã, prouidẽtiã: Iustitia in naturã, cõsuetudinẽ, & legẽ: Natura ĩ religionẽ, pietatẽ, gratiã, uindicationẽ, obseruantiã, ueritatẽ, pactũ, par, iudicatũ: Fortitudo in patiẽtiã, magnificentiã, fidẽtiã, perseuerantiã; Tẽperãtia in cõtinentiã, clementiã, modestiã. Honestũ ẽ, qd̃ ꝓpter se ẽ expetẽdũ. Rectũ, qd̃ cũ uirtute sit & officio, Virtus est animi habitus, rationi cõsentaneus, Officiũ est uirtutis ad unãquanq; personã accõmodatio. Id sumitur ab ætate, scientia, dignitate, professiõe, aliisq; circũstantijs, ut aliud est officiũ militis, præceptoris, discipuli, cõsulis, prætoris, nobilis, plebei, obscuri, senis, iuuenis, docti, indocti, uiri, fœminæ, cõiugati, celibis. Quæ quidem officia pro loco, tẽpore, & rerũ conditione uariantur. Prudentia est rerum multarum memoria, & usus complurium negotiorum. Memoria est, per quam animus præterita repetit. Intelligẽtia est per quã ea quæ sunt, perspicimus. Prouidẽtia est, per quã futurũ aliqd̃ uidet̃, anteq̃ fiat. Iustitia est æquitas, ius unicuiq; tribuẽs, ꝓ dignitate cuiusq;. Natura ius est, quod nobis non opinio, sed quædam uis innata inseuit. Religio est uis insita,

Definitiones singulorum.
Honestũ
Rectum.
Virtus.
Officiũ.
Prudẽtia.
Mẽoria.
ĩtelligẽtia.
ꝓuidẽtia.
Iustitia.
Natura.
Religio.

quæ

Pietas. quæ deo metu,& ceremonijs hominē ducit. Pietas eſt in parentes,aut patriam, aut alios ſanguine iunctos officium.

Gratia. Gratia eſt officiorum,honorum,& amicitiarū memoria,& remuneratio.

Vindicatio. Vindicatio eſt quæuim,& contumeliam defendendo, aut ulciſcendo propulſat, per quam peccata punimus.

Obſeruantia. Obſeruantia eſt,per quam ætate, aut ſapiētia, aut dignitate aliqua antecedentes,ueneramur.

Veritas. Veritas eſt, quæ nos monet, ut rem ſicuti eſt, & ſicuti ſcimus,dicamus.

Conſuetudo. Conſuetudo ius eſt,quod ſine lege, propter uetuſtatem,æque ac ſi legittimum ſit, uſitatum eſt.

Pactum. Pactum eſt,quod inter aliquos conuenit.

Par. Par eſt, quod inter aliquos cōmunes æquale eſt.

Iudicatū. Iudicatum eſt,de quo alicuius, uel aliquorum ſententia iam conſtitutum eſt.

Lex. Lex ius eſt, quod aut populi, aut imperatorum iuſſu conſtitutum eſt.

Fortitudo. Fortitudo eſt rerum magnarum appetitio, & rerū humilium cōtemptio,& laborum cum utilitatis ratione perpeſſio.

Magnificentia. Magnificentia eſt,rerum magnarum cum ampla animi cogitatione adminiſtratio.

Fidentia. Fidentia eſt,per quam animus in magnis,& honeſtis rebus multum in ſe fidutiæ certa cum ſpe collocauit.

Patientia. Patientia eſt rerum arduarum, ac difficiliū honeſtatis,ac utilitatis cauſa,uoluntaria, & diuturna perpeſſio.

Perſeuerantia. Perſeuerantia eſt,in ratione bene conſyderata,ſtabilis,& perpetua permanſio.

Temperantia

rantia est rationis in libidinem, atq; alios non re- Tempe-
ctos impetus, animi firma, ac moderata domiatio. rantia.
Continẽtia est, per quam cupiditas, consilij guber cõtinẽtia.
natione regitur. Clemẽtia est, qua animi temere clemẽtia.
in odium concitati, comitate retinentur. Modestia modestia
est, per quam pudor honestus, claram & stabilẽ
comparat autoritatem. Hæc sunt, quæ honesta ap
pellantur, propter se expetenda. Quæ his autem
cõtraria sunt, turpia nominantur, & propter se sunt
fugienda. Et quoniam uirtutibus uitia sunt finiti-
ma, non difficile erit, quamuis rem uel ad laudem,
uel ad reprehensionem trahere, idque uel a nomi-
nis deprauatione, uel ab aliqua circumstantiarum,
Sed hæc rhetorum sunt. Laudabile est, quod con- Laudabi
ficit honestam, & præsentem, & sequentem, com le,
memorationẽ. Id ex officio & uirtute nascitur, neq;
unq; ab honesto separatur. Vtilitas in conuersatio Vtile.
ne præsentium, & comparatione sequentium com
modorum, & in eorum, quæ his sunt contraria eui
tatione, consistit. Commodorum uero, quæ & bo
na appellãtur, quædam sunt corporis, ut fortunæ,
uires, facultas, & eiusmodi. Quædam animi, ut eru
ditio, acumẽ, & cæteræ uirtutes. Quædã fortunæ,
ut honores, magistratus, opes, amici, & eiusmodi.

De Complexione, & cæteris argumen
tationum oratoriarum generibus.

COMPLEXIO est, in qua utrumuis datorũ cõ-
Exempla. tenseris, reprehendit. Vare si tibi bonus præceptor fui, quid ilectaris benemeritũ? Sin malus, cur reuocas? Poetas desine calũniari, quos ipse didicisti; cur in alijs reprehendis, quod ipse feceris? Sin, qd magis credo, non didicisti, cur quod ignoras, calumniaris? Pater si maritum improbum noueras, cur me illi collocasti? si probum, cur distrahis? Admonendum non censeo. Nam si probus est, non est reprehendendus, sin improbus, admonitionẽ etiam contemnet. Miserum est habere uxorẽ, Nam si formosa sit, metu angeris, sin deformis, hoc ipso miser eris, quod deformem habes. Si meministis, obtũdã, sin obliti estis, quoniã re nihil egerim, quid uerbis efficere possum? Stultũ est cuiq; absenti obtrectare, nam si amicus est, cur præsentẽ potius nõ admões? sin inimicus, cur odium eius irritas, & illi nihil noces? De futuris euẽtis angi metu nõ debemus, etenim si bona sint, frustra metuimus, sin aduersa, infelicitatẽ duplicamus. Deprauata aũt com-
De falsa complexione. plexio dicitur, quũ aut utraq; pars, aut altera conuerti potest, & in aduersarium retorqueri, Vt illud apd' Aulũ Gel. Intẽdo tibi litẽ, si persuasero me nihil debere, nõ reddã mercedẽ, quia persuasi, sin minus persuasero, nihil debeo, necq; enĩ didici artẽ. Sic utraq; pars cõuertit. Si persuaseris te nihil debere, dabis,

dabis, quia didicisti artē. Sin minus persuaseris, rursus accipiā, quia nō persuasisti. Accusandus omnino nō est, nā si ueret, quid eū accusas, qui probus est? si nō ueret, quid eū accusas, qui id parui existimet? Inuerte partē priorē, imo si ueret, maxie est accusandus, ut corrigat, Inuerte posteriorē sic, Imo si nō ueret, hoc ipso est accusandus, quia improbus, Complexio, quæ ex oppositis partibus cōstabit, refelli non poterit, ut hæc, Nō sum accusandus, si aliter euenit, q̄ putaui. Nam si sciebas id nō profuturū, tu potius es accusandus, qui quod reip. utile uidebas, præsens conticuisti, sin nesciebas, nec hic sum accusandus, cum & tu eiusdē futurorū inscitiæ reus sis. ENVMERATIO est, in qua pluribus rebus expositis, ac cæteris infirmatis, una reliqua necessario cōfirmat, hoc modo, Si illū ab hoc dicis occisum, quū sine causa nunq̄ suscipiatur malificiū necesse est, aut metu, aut odio, aut spe alicuius cōmodi, aut īmici alicuius gratia ab hoc esse occisū, sed neq̄ odiū, neq̄ metū, neq̄ spē īterceſſisse, neq̄ ad amicū aliquem mortē eius pertinere probare poteris. Relinquitur ergo ab hoc nō esse occisum, Alterum epemplū, Quoniam hūc fundū constat meū fuisse, quē tu nūc possides, necesse est aut hæreditate tibi obuēisse, aut uacuū occupasse, aut te hūc emisse, aut usu tuū fecisse, aut certe me īde uide iecisse, Me uluo, mea res hereditate tibi uēire ñ potuit, Emptio

De enumeratiōe

Emptio nulla profertur. Vacuum, quod meũ fuisse cõstat, possidere non potes, Vsu tuum non feci sti. Relinquitur igitur, ut ui me a mea possessione ei ceris. Hæc argumentatio confutatur, si aut unũ aliquod membrum, quod ab aduersario præteritũ erat, profertur, aut si unum quidpiam ex his, quæ prolata sunt, falsum ostenditur. Vt si dicat eũ agrũ sibi datum esse, quod ille in enumeratione præterierat, aut si emptionem proferat, quod alter in enu-

De simplici conclusione.

merando negarat. SIMPLEX cõclusio, est argumentatio, in qua, ex eo quod antecedit, nihil consequi necesse est, hoc modo, Si hũc hominem in prouintia constat fuisse occisum, ab hoc qui tum Romæ fuit, occidi non potuit. Spirat igitur, non mortuus. Peperit, igitur cum uiro concubuit. Cum uiro concubuit, igitur uirgo non est, Homo est, igitur animal est, Poetas nouit, igitur didicit. Hæc argumentatio confutatur, si non coherere consequẽs ostenditur, ut si mater est, diligit filiũ. At Medæa (dicet aduersarius) filium interfecit. Poeta est, igit lasciuus, At Prudentius continentissime uitæ fuit, Holandus est, igitur ebriosus, At Erasmo nihil frugalius. Aut si quod antecedit, negabitur, ut si in primo exemplo dicat aduersarius, Eum non Romæ

De subiectione.

fed in prouintia fuisse. SVBIECTIO, est argumẽtatio, in qua quærimus, quid pro aduersario, aut cõtra nos

tra nos dici possit. Deinde per singulas interrogationes, propere subijciemus rationes, quibus id quod dictum est non ita esse ostendemus, hoc modo, Quero igitur, unde iste ex tenui, tam pecuniosus sit factus? patrimoniū amplum relictū est? At patris bona uenerūt. Hæreditas aliqua obuenit? At omnibus suis exheredatus est. Ex mercatura quam agere constituit, quæstum maximum consecutus est? At ex ea re, quæ habere uidebatur, omnino amisit. Quare si his ratiōibus locupletatus nō est, aut illi aurum domi nascitur, aut unde nō oportuit, surripuit. Numeratur hæc argumētatio & inter exornationes. Nam quatenus aliquid concludimus, argumentatio est, quatenus ornatam confi cit orationem, exornatio putatur. neq; ad concludendum adhibetur, quum non minus habeat dignitatis, hoc modo, Quid faciam miser? taceam? instigem, purgem me? laterem lauem? Reprehenditur hæc argumentatio, ut enumeratio, a qua nō multum differt, si aut aliquid prætermissum ostendit, aut infirmatur aliqd ex enumeratis. SVBMIS- SIO, est argumentatio, in qua nosmetipsi identidem petimus rationem, quare quidque dicamus, Exemplum, Veteres illi magnā philosophiæ operam dare uoluerunt. Quare sic? quia intellexerunt liberales artes summe omnium appetendas esse, Cur ita? De submissione.

Cur ita? quum per eas efficitur, quanto natura hominis reliquis animantibus antecellit, tanto nos indoctis hominibus antecellamus, Cur id? quia ingenium nostrū, nisi arte, doctrinaq; excolatur, rude, ac omnino suipsius dissimile est. Quare sui dissimile? quoniam quum eruditus sis, ingenij natura acrior est, q̄ esset, si non disciplinis excoleretur. Vnde hoc? quia pricipia nobis natura quasi semina quædam imposuit, quæ nisi studio germinare feceris, parum profuerit ingenij bonitas. Mirum sic naturam uoluisse, Recte factum inquā, Quā ob rem? quoniam uoluit nos natura non sine labore, ut cæteras beluas, sed nostro studio perfici. Huius argumentationis exempla meliora, in exornationibus Ciceronis inuenies. OPPOSITIO est, argumentatio, in qua ex oppositio propositionis, ad ipsam propositionem reuertimur, hoc modo, Si eo tempore, quo hunc hominem in prouintia occisum dicitis, Romæ fui, relinquitur e me occisum nō fuisse. Hæc propositio est, cuius oppositum sequitur. Nam si eo tempore &c. Si eo tempore quo hunc hominem in prouintia occisum dicitis, in prouintia fuissem, a me occisum suspicari poteratis, nunc autem, quum eo tempore in prouintia non fuerim, nihil est, quod hominem a me occisum suspicemini. Aliud exemplum, Oportet nouo exem-

De oppositiōe.

plo con

plo contra Cymbros Caium Marium imperium continuare. Nam si pax esset, & nullus nos ad nouas cogitationes cogeret, liceret autē facere, quæ uolumus, nunc ꝙ uobis quirites, nouādum aliquid dicerem, contra exempla atq; instituta maiorum. Contentus enim essem moribus his, legibus, eacq; consuetudine, quæ nobis a patribus tradita est, Nunc autem, cum bellum acerrimum sit, & hostes Redit ad Italiam deuastent, quotidiecq; propius uenant, ac primā ꝓ- iam urbi imminere uideantur. Is qui omnibus im- positionē peratoribus antecedit Caius Marius, uel contra in stituta ciuitatis (silent enim leges inter arma) ut nos liberet, nouo quodam exemplo, hoc est, anno consulatum, ac imperium contra Cymbros accipiet. Etenim quæ non faceremus, si pax esset, hæc nobis cum bellum sit, necessario suscipienda uidentur. Aliud exemplum, Non ab insignibus modo, uerum etiam a leuissimis uitijs nobis temperandum est. Nam si nulli nobis es- Hæc pro sent inimici, facile istis uitijs ignoscerem, quæ, positio ē & humana sunt, & ipsa ætate pene excusantur, od positū Nunc autem quum in dignitate uitæ constitutus, a pluribus inuidis, & maliuolis obseruēris, dandam tibi operam censeo, ne uel in minima menda deprehendi queas. Aliud exemplum, Grauissime omnino istam iniuriam

feram

feram neceſſe eſt, quæ ſi mihi ab alieno quopiam, de quo nihil eſſem bene meritus, obiecta eſſet, equi ore animo ferrem, liceret enim inimicum ulciſci, & ſimplex uulnus eſſet. Nunc autem quum ab eo hãc contumeliam acceperim, qui cum ſumma mihi familiaritas fuit, & in quem tantum officij contuli, quantum in alium neminem, non moleſtiſſime ferre non poſſum. Duplicatur enim uulnus, quum iniuriæ, ingratitudo ſumma additur, & eum quo amico ſum uſus, ſine ſumma turpitudine non licet ulciſci. Aliud exemplum, Haud æquum eſt, ut tibi meam operam ſine fructu commodarem. Nam ſi referendi facultas tibi deeſſet, uolũtas prompta ad eſſet, uoluntate contentus eſſem. Nunc autẽ quum ſis opulentiſſimus, & id tibi ſupereſt, quod mihi deeſt, haud par eſt, te gratis meum officium præ-

Violatio ſtari poſtulare. VIOLATIO eſt argumẽtatio, in qua ex aduerſariorũ ratione, nõ id qd̃ ipſi uolũt, ſed quod nobis utile eſt ſequi, demonſtramus. Hæc in confutatiõe ſolum adhibetur. Exemplum, Non eſt ducenda uxor, ratio, eo quod ex connubio in orbitatem & luctum incidamus, Immo eo maxime eſt uxor ducenda, quæ filijs alijs ꝓcreatis, luctum orbitatis a nobis expellat. Aliud exemplũ, Non ſunt legendi poetæ, demulcent enim legentis animũ, & allliciunt. Immo ob idipſum ſunt legendi,

gendi, quia demulcẽt animum. Aliud exemplum, Nihil eſt magni tentandum cuicꝫ, eo quod breuis ſit hominis uita, immo magis aliquid egregij tentandum erit, ut quum diu uiuere non poſſumus, aliquid relinquamus, quo nos uixiſſe teſtemur. Et iterum, Damnandus eſt, occidit hominem, Immo præmio donandus, quia tyrannum hominem occidit. INDVCTIO eſt, argumentatio, quæ rebus non dubijs conceſſis, propter ſimilitudinem, rem quæ dubia erat, comprobat, Dic mihi prætor ſi uarijs ſententijs pugnãdum nec ne, ſi illo die inter nos diſſenſiſſemus, utrius ſententiæ ſtaretur? Nõ eſt dubium, inquis, quin conſulis. Quod ſi diuerſa fuiſſent auſpitia, & mea quidem pugnandum eo die ſignificaſſent, tua, quieſcendum, meis ne auſpicijs pugnandum fuiſſet? an tuis quieſcendum? meis ſcilicet, quia conſul fui, parendum dices. Age uero ſi meis auſpitijs, mea ſententia, pugnatum proſpere eſt? equum ne tibi eum hominem ex ea re aſſequi uidetur, cuius nec ſententia, nec auſpitijs, quicꝫ actum eſt. Alterum exemplum, Dic mihi ſenex ingratiſſime, ſi nihil ĩ te beneficij collocaſſem, num tu me iniurium uocaſſes? Non inquies, Necꝫ enim iniuria uideri poteſt, ſi nihil de eo bene merearis cui nihil debes. Nunc igitur quum ultro plurimum in te officij contulerim, non equum eſt te

De inductione.

mihi ſuccenſere, quod benefacere deſierim, qui ſuccenſere non poteras, etiam ſi nunc̄ꝫ benefacere poſſem. COLLECTIO eſt, argumentatio, quæ rationibus, æ expolitione abſoluitur. Hæc in quinque partes diſtibuta eſt, Propoſitionem, Rationem, Rationis confirmationem, Expolitionem, & Concluſionem. Propoſitio eſt, per quam ſummatim oſtendimus, quid ſit, quod probare uolumus. Ratio eſt, quæ demonſtrat uerum id eſſe quod propoſuimus uno uel pluribus argumentis. Rationis confimatio eſt, quæ rationem expoſitam corroborat. Expolitio eſt, quæ rei locupletandæ, & honeſtandæ cauſa ſumit. Concluſio eſt, quæ poſtremo diffuſius dictas breuiter colligit partes argumẽtationis. Exemplum, Quoniam breuiter docui iudices, qua de cauſa ſemper Vlyſſes. Aiacem extinctum uoluerit, nunc ne quid uobis impedimento ſit, quin eum ab hoc interfectū, uel hac luce clarius uideatis, potuiſſe quoqꝫ qđ uoluerit facile perficere, cīꝫ breuiſſime oſtendã. Nã is quum ſine ſocijs acerrimū uirū uideret, tū demū cogitauit poſſe eū incautū opprimi. Etenim cū arborū frequentiã, ſpectū omnẽ eripere poſſe, uidebat, tū eū ſecurū, alijs cogitationibus occupatū, non ante quicꝫ aduerſi ſuſpicaturū arbitrabat, cīꝫ ei gladiū occultus in figeret. Itaqꝫ ſolitudo loci, obſcuritas, inſidiæ præparatæ

De collectione.

Propoſitio.

Ratio.

Confirmatio.

Expoſitio

paratæ, ac dolus, cerrimi, ſibiq; capitalis inimici nulla ſuſpitione, nullo timore huc aut illuc fluctuantis, poteſtatē interimē di fortiſſimi uiri, deterrimo oīm, atq; perfidiſſimo præbuerūt. quis hoc nō credat? præſertim cum & cognoſcat, Vliſſem unū oīm audaciſſimū, ſimulq; iniquiſſimū? Cuius rei indigna mors Palemedis præclarū teſtimoniū eſt, quū ſingularis pudicitiæ uirū dolo, atq; inſidijs cō figere, uel publico iudicio ſuperare poſſe, ſperauit. Quod ſi nō in ſiluis, neq; in ſolitudine, ſed celeberrimo loco, cunctis ſpectantibus, publico iudicio, ſapiētiſſimū omniū ſuperare poſſe credidit, quanto magis ſolū, atq; incautū, idq; in latebris interimere poſſe ſperauit? præſertī cū palemedis iniuſta nex animum ad maius facinus audendum accenderit. Quare ſi ſiluam, ſi ſolitudinem, ſi illum inermem, incautum, hunc præmeditatum hæc omnia, paratumque fuiſſe intellexiſtis, nolite amplius dubitare iudices Aiacem ab Vliſſe occidi potuiſſe. Aliud exemplum, Nihil dementius eſt, quam de improbo homine bene mereri. Quiſquis enim id facit, ſuo officio, ſuoq; ſumptu hoſtē ſibi facit eum, quem neque amicum, neque inimicum habere poterat. Nam ſi eum ſuis officijs nullis deuinxiſſet, nihil cum improbo cōmertij fuiſſet, Nūc quū ei deuinctū ſentiat, cui gratias referre

Cōcluſio

Propoſitio.

Ratio.

nolit, cui debitorem uideri pudeat, necesse est, ut eiusmodi hominem extinctũ uelit, ne sit, cui superbissimus simul, & ingratissimus homo uideatur. Id si obscurum cuiq̃ uideatur, Erasmi hominis innocentissimi casu, liquido poterit intelligere, qui quũ Varum senem omnium quos terra sustinet, ingratissimum, amicũ etiam habere potuisset, si nihil de eo meritus esset, eum suis summis beneficijs acerrimum effecit inimicum. Itaq; quanto se deuinctiorem illi intelligit, cui homo superbissimus minime uelit, tanto diligentius in eius perniciem incumbit.

Confirmatio.

Expolito. Quis enim hominem sanæ mentis iudicaret, qui latrõi gladium, quo se iugularet, ultro ministraret? nihilo plus sapit is, qui improbum & ingratum demerens, causam illi præbet, cur se perditum uelit.

Cõclusio Quare cum nostro beneficio summum malum nobis parari intelligamus, & quemadmodum amico nostro cesserit, uideamus, ipso Oreste uidebimur insaniores, si posthac improbum hominẽ nostris beneficijs demereri uelimus. Aliud exemplum,

Propositio. Sapientis est famæ suæ longe diligentius, q̃ opibus suis, non minus uero diligenter, q̃ uitæ consulere. Minus siquidem damni, & incommodi accipit, qui pecuniam, aut etiam uitam amittit, q̃ qui famam. Pecunia enim amissa restaurari potest, fama semel amissa, in integrum restituitur nunq̃. Et uita

Ratio.

Cõfirmatio.

quidem

quidem corporis, quum certos a natura terminos acceperit, in longum tempus extendi nequit, fama uero hominis, quæ est altera, & potior uita nostra, etiam post cineres, & rogum superuiuit. Vitã igitur quispuis eripit, rem adimit, qua nullo etiam auferente diu frui non poteramus. At famam qui eripit, re immortali, & pulcherria nos spoliat. Quod ueteres recte intellexisse mihi uidentur, qui non pecuniam modo, uerum etiam uitam ipsam effundere non dubitabant, quo nomen suum q̃ maxime prorogarent. Multos fuisse eo animo legimus, ut post q̃ se fama spoliatos uiderent, nec causam quidẽ esse putarũt, cur diutius in uita manerent. Adeo grauius famæ, quam uitæ dispendium iudicabant. Quod si homines ijs rebus maxime timere uidentur, quæ cum sint prætiosissimæ, facillime tamen perduntur, ac difficillime restituuntur, sapiens existimandus nõ est, qui famæ, quæ neq; restitui potest semel amissa, & nihil hac habeat homo pretiosius, non multo diligentius consulendum putat, q̃ pecuniæ, aut etiam uitæ. Potest etiam tribus duntaxat, aut quatuor partibus confici collectio. Si uel confirmatio, uel expolitio, uel utraq; omittit. RATIOTINATIO est, argumentatio perfectissima, quæ accommodatiõe adsumptionis, ad id qd̃ propositum est, elicit conclusionem. Hæc quoq; si cut Col-

Expolitio

Conclusio.

De ratiocinatione.

cut Collectio paucioribus partibus constare potest, tamen ea quæ perfectissima putatur, quinque partibus cosumitur, Propositione, Ratione, Propositionis assumptione, Assumptionis ratione, & Complexione. Propositio est, per quam breuiter is locus proponitur, ex quo omnis emanat uis argumentationis. Ratio est, quæ demonstrat uerũ esse, quod proposuimus, uno, pluribusue argumẽtis. Assumptio est oratio, per quam id, quod ex propositione ad ostẽdendũ pertinet, adsumitur. Adsumptiõis ratio est, per quam id, quod adsumptum est, confirmatur. Complexio est, per quam id, quod ex tota argumentatione conficitur, expo-

Propositio. nimus, hoc modo, Omnes qui causam habent, ad

Adsumptio. suscipiendum facinus, si uita eorum a maleficio nõ abhorret, libenter maleficium suscipere solent. At Vlisses interficiendi Aiacis summam causam habuit, nec est homicidium ab eius uita alienum.

Apposito. Vlisses igitur interficiendi Aiacis maleficium suscepit. Hæc est ratiocinatio tripartita, omissis rationibus, hanc quinque partibus hoc pacto tractabimus. Omnes homines, iudices, quorum uita per cõ

Ratio. suetudinem a scelere non abhorret, odio sic mouẽtur, ut uehementer exoptent suas inimicitias, quouis explere facinore. Nam eiusmodi homines, qui manus semper iniusto sanguine cruentas habere

consueti

conſueti ſunt, quum non poſſint a uitio animi rece
dere, non ſolum quum aut ita accidit, ut commodū
conſequātur, aut incommodū maleficio uitent, mo
uent ad facinus. Veruētiā ipſi cauſas quærūt, qui-
bus ſocio iniurias manus adferāt. Etenī ſi boni uiri
cauendum putant, ut ne cauſam quidem habeant,
qua prætermittere officiū impellant, hos crudeles
uiros, hos iniquos, qui ſemper ſanguīe gaudēt, nō
mirū eſt iterficiēdi hoīs cauſam querere. Præterea
ſi boni nōnūq̄ metu, aut inimicitijs a recta uia, qua
ſemper uixerūt, depulſi ſunt, quis non credat hoīes
prauos cōmodo ſuo moueri, ut cōſeruare cōſuetu-
dinē ſuā uelint? Illi uirtutē ſibi ſolitā utilitate decepti
omittūt, hij officiū, qd' nūq̄ obſeruauerūt, quū uti
litatem ſcelere adipiſci ſe poſſe intelligunt, obſerua-
būt? Videlicet ignoratis iudices, quanta uis ſit iræ?
quid inimicitiæ poſſint? quid odiū pariat? Nō di-
co hic beluas ira & odio moueri, ut alteri noceant.
Nō dico multos ſapiētiſsimos uiros, odio, atq̄ ira
permotos, tēperare ſibi ñ potuiſſe, præterire meli-
us ē quot urbes, quot regna, quot gentes cōfectæ
odio iacēt. Quare iudices ſi etiā inimicitijs corrūpi
uidetis, hmōi hoīes, qui per cōſuetudinē, a melefi-
cio abeſſe nō poſſūt, odio motos, obtrūcare inimi
cum uoluiſſe, dubitatis? At Vliſſes acerrimus ini- Adſum-
micus, capitalicq̄ odio ab Aiace diſſidebat, Scitis ptio.
enī omnes, ſcitis, nec opus eſt, ut alius rem uobis

aperiam,

aperiam, quem in illum animum gesſit, poſt iniquiſſimam illam contentionem armorum. Scitis timidum hunc hominem, qui nihil unq̃ uirtute animi omnia fraude egerat, fortiſſimum hominem, acerrimum hoſtem, inimicorum perſecutorem, iniuria laceſsitum uehementer extimuiſse. Intelligebat enim niſi uitam illi eriperet, ſe incolumem eſſe non poſſe, conſueuerat, ſi manifeſte nõ poterat, quouis modo aduerſarios adgredi, cui rei Palemedis indigna mors teſtimonio eſt, quem quum prudentia omnes ſuperare uidebatur, non ignoratis qua proditione, quibus inſidijs, qua inuidia motus, occiderit. Atq̃ ex illo nullum periculum metuebat, Aiacis metu conficiebatur. Hac in re, inuidia, odium, ira, & metus ſimul concurrunt. In Palemedem inuidia ſolum mouebatur. Quare iudices huiuſmodi homines, uel parua de cauſa, maleficia ſuſcipere ſolent, hic autem odio acerbo Aiacis, ac metu perculſus erat, non eſt audiendus, ſi neget ſe Aiacem interficere uoluiſſe. Propoſitiones autem a principalibus cauſarum locis inueniuntur, ut in cõiecturali ſtatu, a petitione teſtium, hoc modo, Sine teſtibus non eſt audiendus aduerſarius. In negotiali conſtitutione, a lege, hoc pacto, Non oportet aliquid innouari contra leges. His contraria, ut non ſunt omnis rei petendi teſtes, plurima enim flagitia

Complexio.

De ꝓpoſitionis inuẽtiõe.

flagitia occulte committuntur, Et, hoc tempore cõ
tra leges aliquid innouare oportet. Si uero id quod De exor
ab aduersarijs propositum est, aut proponi pote- nanda, p
rat refellere uoluerimus, tum utendum erit, Propo positiõe.
sitione, Sublatione, Oppolita propositione, Solu-
tione. Propositio est, sublationis pollicitatio. Exẽ-
plum, Nec me clam est, quid callidissimus senex ca
lũnietur. Sublatio est aduersarij. Exemplum, Nõ
debuisse me contra pactionem discedere. Oppositi
ta propositio est, solutionis pollicitatio, Vt, Verũ
id quam friuolum sit, non est difficile ostendere.
Solutionem secundarijs locis confirmabimus, hoc
modo, Ridicule enim mihi pactionem allegat, quã
ipse prior soluit, Conuenerat, ut biennium abs me
doceretur, fateor. Verum ea lege, ut ille mores in
melius mutaret. Nunc quum ex malo factus sit pes
simus, ab utro nostrum est pactio uiolata? nempe
ab isto. Aliud exemplum, Nec audiendos theolo-
gos puto, qui poetas legendos negent, quod uer-
borum nitore, legentis animum uehementer allici-
ant. Quid enim magis pro poetis dici potest? Nã
si, ut fatentur, poetæ mira quadam dicẽdi pollicie,
uenustateque delectant, quum ea uoluptas nõ mo
do a turpitudine absit, uerum etiam summam adfe
rat utilitatem causa est ostensa, cur maxime poetas
legere debeamus. Rationes porro, quibus pro- De ratio-

positiones confirmantur, inueniuntur a circumstã
tijs, quæ sex nũerari solẽt, Persona, Res, Causa, Lo
cus, Tempus, Modus, quibus additur a nonnul-
Persona. lis septima, Materia. Persona est, quæ ad aliquam
rem confirmandã, uel infirmandã capitur, hominis
Quæ cõ- cõditio, Persona est duplex, Vna extra causam, ut
sy derãda maiorum, aliorũ iudicũ, auditorũ. Alia in causa, ut
ĩ unaqua- accusatoris, rei, iudicis, testium. Persona in decem
q; perso- partes distribuit, Nomen, Naturam, Victũ, For-
na. tunam, Habitũ, Adfectionem, Studia, Facta, Ca-
Nomen. sus, Orationes, addit & Consiliũ. Nomẽ propri
um, ut Cato sapiens, Aristides iustus, Metellus
Numidicus, Pompeius Atticus, Petrus candidus,
Vigilantius niger. Nomen comune ciuitatis, aut
gentis, aut prouinciæ, ut Pœnus perfidus, Græ-
cus leuis, Gallus superbus, Athenienses studiosi,
Romani bellaces, Brabanti inepti, Hollandi simpli
ces, Phrysones bibaces, Angli ostentatores, & ita
de cæteris. Ab his sæpe rationem ducimus, maxi-
me in genere Demonstratiuo, nomen fortuito im-
positum ĩ calumniam trahẽtes. Vt, Hic uero nomi
ne niger, nomen ex re habet, credo hoc nomen nõ
fortuito, sed præsagio quodam & omine contigis-
se. Aut inuertimus nomẽ, ut falso nomine Innocen
tius, quum nihil sit eo nocẽtius, Cãdidus, quũ præ
ter nomen nihil habeat candidi. Aut per Antiphra
sim, ut Vigilantius dictus, quũ Dormitantius me-
rito

rito debeat appellari. Fingimus & ipſi nomina, de quo ſuo loco dicemus, Nihil enim ad rationum inuentiones ea res attinet. Natura aut diuina, aut humana, & mortalis eſt. Diuina ſumitur ex auguriis, extis, ominibus, prodigiis, oraculis, diuinitus dictis. Mortalis natura diuiditur in ſexum, ut uir, mulier. Nationem, ut Græcus, Barbarus. Patriam, ut Romanus, Athenienſis. Cognationem, ut nobilis, ignobilis. Aetatem, ut puer, iuuenis, ſenex. Dignitatem, quæ in commoda animi & corporis diſtribuitur, ſiue etiam incommoda. Animi autem commoda, & incõmoda ſũt, ut acutus, hebes, memor, obliuioſus, prudens, ſtultus, timidus, audax, dum hæc inſunt a natura, non induſtria comparata. Corporis autem ſunt, ualetudo, imbecillitas, longitudo, breuitas, formoſitas, uelocitas, tarditas, candor, fuſcedo, item & naſutus, hirſutus, glaucus, & huiuſmodi. Victus diſtribuitur in Educationem, apud quos, quo modo, & cætera. In Vſum, ut quo in negotio, quo quæſtu ſit occupatus, & cætera. In Mores, ut libidinoſus, an frugi, auarus, an liberalis, & eiuſmodi. In Fortuna conſyderandum eſt, ſeruus ne ſit, an liber, pecunioſus, an tenuis, exul educatus, an ſecus, priuatus, an cum poteſtate, fortunatus, an infortunatus. Adfectio eſt animi, & corporis

Natura.

Victus.

Adfectio

corporis ex tempore aliqua mutatio, ut uultus laetus, triſtis, cupiditas, metus, titubatio, pallor, rubor, tremor, oculorum ſuffuſio, geſtus inſolitus, incelſus modo citus, modo tardus, quæ inter ſigna coniecturalia numerantur, Habitus uirtutes, & uitia corporis, & animi complectitur, quæ non inſunt a natura, ſed induſtria ſunt comparata, ut uelocitas, robur, ingenium, memoria, probitas, erudi-
Habitus. tio, facundia, & huiuſmodi. Studium eſt uehemẽs
Studiũ. animi ad rem quampiam applicatio, ut medicus, orator, poeta, theologus, miles, uel equorũ ſtudioſus, & eiuſmodi. Facta, caſus, & rationes, ex tribus
Facta. temporibus conſyderantur, ex præterito quid fece-
Caſus, & rit, quid illi acciderit, quid dixerit, Ex preſenti, quid
rationes. faciat, eueniat, quid dicat, Ex futuro quid facturus ſit, quid illi euenturum ſit, quæ dicturus ſit, aut ipſe
Cõſiliũ. aut eius ſocij, ciues, maiores, amici, inimici, Cõſiliũ
Res. eſt faciendi excogitata ratio. Res eſt totius negotij certis ſignis conflata complexio, quæ potiſſimũ
Cauſa. in epilogis adhiberi ſolet. Cauſa diuiditur in impulſionem, Ratiocinationem. Impulſio eſt temerarius impetus animi ad aliquid faciendum, aut non faciendum, ut ira. cupiditas, uiolentia, timor, furor, & omnis animi perturbatio. Ratiocinatio eſt, quæ cõmodorum comparatione, aut incõmodorum uitatione, ad rem hortatur. Ea cõſiſtit in commodo-

rum

rum adeptiõe, Retentione, Augmento, aut incommodorum euitatione, reiectiõe, diminutiõe, Est autem duplex causa, principalis, & accessoria. Principalis, ut occidit hominem ex quo pecuniæ maximam summam sperabat. Accessoria, præterea non ignorãs se Clodio, huius inimico acerrimo rẽ gratam facturũ. Locus opportunus, an importunus, Locus. angustus, amplus, nemorosus, montuosus, longinquus, an propinquus, celebris, an desertus, sacer an prophanus, publicus an priuatus. Modus, clam an Motus. ui, palam an occulte, persuasione an sponte, audacter an captiose, insciens an prudẽs, amore an odio. Materia, fuste an gladio, arcu, ueneno, incantationi Materia. bus. Nunc quomodo rationes a circumstantijs inueniantur, exempla subijciamus, Proditor es pa- ppositio triæ Catilina, nisi huius rei testes Cicero produxe- Ratio a rit, non est audiendus. Ea enim nobilitate, his ma- persona ioribus natus sum, ut sine testibus, id de me suspica rei. ri non debeatis. Atq; ideo magis expellendus est A perso- Cicero, quum hæc sine testibus dicat, quod mihi na aduer- semper inimicus fuerit, & nobilitati (utpote no- sarij. uus homo) infestus. Nam uestræ prudentiæ iudi A perso- ces est eam potestatem, talibus uiris non concede ua iudicũ. re, ne fictis argumentis nobiles homines circumue A re. niant. Non enim tanti sceleris suspicionem sine testi A loco. bus approbare debetis. Præsertim in hac republi- A causa.

ca, in qua leges sanctissime semper sunt conseruatæ. Atq; ideo magis expellendus, ne si fictis argumentis locus dabitur, multos nostrum, hij noui ho
A tẽpore mines inuadere conentur. His præsertim temporibus, quibus ignobilium animi, in nobilitatem sunt accensi, & ea licentia uiuitur, ut nemo falsa crimination excogitet. De circumstantijs hactenus unde rationes propositionum inueniuntnr. Nunc de con
De iuẽtio firmationum inuentione, Profluit autẽ omnis Conne cõfirfirmatio ab hijs locis, Ab Exemplo, Minori, Maiomationũ. ri, Aequali, & contrario. Exemplum, Oportet tem
ppositio pore belli ad ciuitatis emolumentum aliquid innoRõ a per uare. Et maxĩe nobis Romanis id licet, qui semper
sona. ad utilitatẽ reip. aliquid noui solemus excogitare.
Ab exem Maiores enim nostri ex commodo reip. reges explo. pulerunt, & decemuiros continuare imperiũ, passi non sunt, & tribunos plebis sacrosanctos cõstituerunt, Scipionem ante tempus Consulem creaue-
A minori runt. Si paterfamilias multa e re sua, innouare non ueretur, Senatus ob reip. commodum quidpiam
Cõfirma innouare non audebit? Si tempore pacis innouare tio a cõtra quicquam solemus, tempore belli, quum res porio. stulat, est innouandum. Profluit expolitio a circũ-
De iuẽtio stantijs, unde & rationes. Est autẽ Expolitio, quidne expoli dam ex Ratione, Confirmationeq; conflatum, hoctionis. modo, Continuare Scipionem imperium, uel contra leges

tra leges oportet. Nam & maiores noſtri ex utilita Cõfirma
te reip. decemuiros facile continuare imperiũ paſ- tio.
ſi ſunt. Atq; illi tũc in pace, nos coacti bello quid fa Expoſitio
ciemus? Et illi adornãdã rẽp. Nos ad defendẽdã li ex tẽpore
bertatẽ faciemus. Et illi decẽuiros cõtinuare impe- A cauſa.
rium ſimul paſſi ſunt, Nos unum ſolummodo nõ A re.
patiemur? Et illi Appium Claudiũ hominẽ, ut res A perſo-
docuit, libidine perditũ, atq; tyrãnicũ, Nos Scipio na.
nẽ, qui ea continẽtiæ exempla dedit Numantiæ, ut
oĩm probatiſſimus uideret. In exornatiõibus uero
longe aliter de expolitione præcipitur. Hoc monen
dus es ſtudioſus, Sicut ad unã propoſitionẽ cõfir-
mandã, plures rationes adferri poſſe, ita unã quãq;
rõnẽ, pluribus cõfirmatiõibus, poſſe ĩueniri, & itẽ
ad cõfirmãdas ſingulas, plures expolitiones poſſe
adhiberi. Verũ quẽadmodũ rõnes ꝓpoſitiõibus
breuitatis cauſa nõnũq; admiſcent, ita Cõfirmatio
rõni, Cõfirmatiõi Expolitio intexit. Eſt igit hoc lo De Enthi
co Expolitio, ſiue Enthimema, oratio quæ a circũ- memate,
ſtãtijs ad cõfirmationẽ nõ ſine collatiõe fert, Epen & Epẽthi
thimema ẽ quædam addita enthimemati acuta ex memate.
cogitatio, Exẽpli cauſa, Coriolani factũ pluſq; ho- ꝓpoſitio
ſtile nobis uideri debet, Tyrãnicũ enĩ eſt patriã ex Rõ a re.
pugnare. Hoſtes enĩ oppugnãdi nõ ſunt, quibus Cõfirma
hic maiori odio eſt ꝓſequendus, qd illi alienã, hic tio a cõtra
ſuã patriã oppugnat. Et cui plurimũ debet, hãc euer rio.
tere conat. Fluit quidẽ Cõprehẽſio a circũſtantijs, De Com
ſed ap- prehẽſiõe

ſed approbatus a quadã, aut totius in minora, uel pauciora, inciſiõe, aut ſimiliũ enumeratione, aut fictoria ratione, quæ oppoſitum rei cõfingat. Exemplũ, Simulat, nõ amat puella, quæ ſi uirũ quempiã amaret, non ego te ueneficij accuſarem, Si teipſum arderet, artes tuæ mihi ſuſpectæ non eſſent. Si aliũ quendam furorem fureret, ſi alia egritudine laboraret, non te accuſarem, Pater tres ſemel interfecit filios, ſi duos interfeciſſet, ſi unum ſolum, ſi non filiũ, tamen moleſte ferretis. Miſit centum talenta Philippus Athenienſibus, quibus demoſthenes ſit traderetur. Non ſi mille daret, non ſi decem milia, non ſi ciuitates, gentes, prouintias, regna ſimul omnia conferret, Demoſthenem, qui Græciæ libertatem, tum prudentia ſua, tum eloquẽtia tutatus eſt, tradituros putarẽ. His ego talentis, non dico Hyperidem, aut Eſchinem, ſed ne plebeium quidẽ quempiam, aut opificem, aut omnino ciuem infimum traderent. Alterum exemplum, Ego ſi tuos filios (ſi modo tui dicendi ſunt, quos crudeliſſime trucidaſti) aut uerberibus affeciſſes, aut exilio, & abdicatione notaſſes, moleſte tamen etiam ferrem. tot pulcherrimos iuuenes uel clariſſimo patriæ ſolo priuari, uel indigne uerberibus cedi. Nunc uero quum non abdicatione, non exilio, nõ uerberibus, ſed morte tres ſimul abſtuleris non expoſtulem?

A fictoria rõne.

A ſimiliũ enumeratione.

Ab inciſi onetotius in paucio ra.

Ab inciſi one in plura.

Ab inciſione in minora.

A ſimiliũ enumeratione.

non ac

non accuſem? non grauiter feram? Et qui ſi unum Ab inciſi
interfeciſſes, exclamarem, nunc tribus necatis, ſile- onetotius
bo? Inueniuntur item argumenta, & rationes a lo- in paucio
cis Topicis. Nempe a Genere, Specie, Differen- ra.
tia, Proprio, Definitione, Toto, Partibus, Cauſis,
Effectis, uſibus, Iunctis, Iudicato, Simili, Maiori,
Pari, Proportiõe, Oppoſitis, Tranſumptione, Cõ
iugatis, Diuiſione. Genus eſt, quod continet ſpe- A genere
ciem. Ad generis negationem, coſequitur & ſpe-
ciei remotio, non contra, ut uirtus non eſt, igit nec
iuſtitia. Animal no eſt, igitur nec homo. Remota A ſpecie.
ſpecie, non conſequitur remotio generis, ſed affir-
mata ſpecie, ſequitur affirmatio generis, Iuſtitia nõ
eſt, igitur uirtus non eſt, non conſequitur, Iuſtitia
eſt, igitur uirtus eſt, conſequitur. Ad remotionem
tamen totius generis, conſequitur remotio cuiuſli-
bet ſpeciei. Rurſus ad affirmationẽ totius generis,
conſequit affirmatio uniuſcuiuſq; ſpeciei, ut, Om
ne argentum legauit, igitur & celatum legauit, Om
nibus ſciẽtijs operam dare iubemur, igitur & Poe
ſi. Nulla uirtus eſt principi negligenda, igitur nec
clementia. Remouetur tamen neceſſario genus,
ſi quis formas eius omnes per enumerationem ne
gauerit, hoc modo. Nam quod nec ratione utitur,
nec brutũ eſt, id nec animal quidem eſt. Differen- A diffe-
tia eſt, qua genus diducitur in ſpeciem. A differen rentia.

tia æqualiter infertur,& remouetur ſpecies, quam conſtituit. Genus autem comprobatur,non improbatur, ut ſupra dictū eſt de ſpecie, Vt,Si ſentit,eſt animal,ſi ratione caret,homo non eſt, Ratione caret igitur & animal eſt. Nam ſi ratione caret,nō ſta

A proprio tim animal non erit. Proprium eſt,quod ſoli ſpeciei accidit,ut homini riſus. Id, quemadmodum differentia,id cuius eſt proprium poſitum,infert,remotū aufert, Vt,qđ riſibile eſt,id hominē eſſe neceſſe eſt, Quod riſibile non eſt,id nec homo quidem dici poteſt,Si tyrannicidæ propriū eſt tyrannū occidere, hic tyrannum occidit, igitur premio donandus. Hoc,quoniam proprium non eſt,ſic confutabimus,Si tyrannum occidere,tyrannicidæ proprium eſt,Carnifices, quibus tyrannos occidendos tradimus,tyrannum occidunt,carnifices igitur pre

A definitione. mium accipiant. Definitio eſt cuiuſq; rei breuiter, & abſolute poteſtatem complectens oratio. Hæc cum re definita conuertatur, neceſſe eſt, Vt,Si animal rationale eſt, igit̄ & homo, Quod nec animal eſt,nec rationale,id homo non erit,Si homo eſt, ergo & animal rationale,Si homo non eſt,igitur nec animal quidem rationale. Definitio confutatur, ſi aut uerum proprium,aut differentia uera,aut genus uerum poſitum non eſt,ſi quid in altero contineā, aut excludatur, quod non idem in altero conti

neatur

neatur, aut excludatur hoc modo, Monetam omnẽ uxori legauit, celatum autem argẽtum moneta eſt, argentum igitur celatum omne legauit. Neqꝫ enĩ omne celatum argentum moneta dicitur. Nam patera, & huiuſmodi celatum argentum eſt, nec tamen iſta monetam uocant. Conſtituuntur & definitiones ex accidentibus, quæ ſi huiuſmodi ſint, ut cum re definita conuertantur, ualet conſequutio, ut homo eſt animal bipes, erectum, ſine pennis, Pſitacus auis eſt uiridis, roſtro aduncо, collo rubeo, torque inſigni in ſenecta, quæ altero pede cibum tenens ueſcitur. Conſtituuntur & definitiones ex enumeratis abſolute partibus, ſpeciebus, ſi ue formis, ut reſpublica eſt, quæ unius, aut paucorum, aut populi poteſtate regitur, hoc genus facile confutatur, ſi qua ſpecies in enumeratione prætita, additur. Exemplum, Iniuriæ ſunt, quæ aut pulſatione corpus, aut conuitio aures afficiunt, Confutatur, Quid ſi quis filiam tuam rapiat? Iniuria non erit? Ethimologia eſt nominis interpretatio, ſiue notatio, ut, hiç Chryſogonus eſt appellatus, quod aurũ undecũqꝫ pariat. Nã χρυσὸς Græce aurum. γόνος, fœtũ ſignificat. Fingit, igitur poeta. De deo diſputat, igitur theologus, Medetur, ergo medicus. A toto inferuntur partes, non remouentur, hoc modo, Si tota reſpublica conſilio

A deſcriptione.

Alterũ genus deſcriptionis.

Ab ethimologia.

A toto.

gubernãda eſt, ergo & domus, & unuſquiſq; ciui tum. Noti tamen quoniam tota reſpublica fortunæ committenda non eſt. idcirco nec tu te caſui committes. Necq; enim quia tota domus redintegranda non eſt, igitur nec paries unus. Verum partes ſi uniuerſæ colligantur, totum inferunt, Si uniuerſæ remoueantur, totum auferunt. Conſyderantur autẽ partes, A tempore, a quantitate, a loco, ut, ſi neque in celo, necq; in terra inuenitur, nuſq; igitur inueniA cauſa. ri poterit. Cauſa & effectum conuertuntur, ſi modo eiuſmodi ſit cauſa, ut ab ea una fluat effectus, et ea ſola ſit idonea ad producendum effectũ. Ea quadrifariam diuiditur in Efficientem, Materialẽ, ForAb effici malem, & Finalem. Ab efficiente cauſa, ut, non poente. teſt non eſſe dies exorto ſole. Nec uirgo eſt, ſi cum uiro concubuit, Si ſapientia uirum bonum facit, & ipſa bona eſt, Corpus in lumine eſt, ergo facit umbram, Voluptas infamiam gignit, igitur fugienda, Virtus honorem adfert, igitur appetenda, Coloratus eſt, igitur fuit in ſole, Puluerulentus eſt, igitur in itinere fuit, non eſt conſequens, harum enim reA materia. rum plures poſſunt eſſe cauſæ. Sublata materia, & effectus neceſſario aufertur, ut, Lignum nullũ habuit, nec naues igitur potuit fabricare, FerrumA fortuna. cum deſit, qui poſſunt gladios cudere? A Forma, ut, Aperte mentiuntur poetæ uolaſſe Dædalum,

nam

nam quod natura negat, nemo poteſt facere. A Fi A Fine.
ne ducuntur argumenta, ut, felicitas eſt expetenda,
igitur & uirtus. Non malum eſt uiuere, igitur nec
comedere, Bona eſt medicina, nam & ſalus bona
eſt. Bona eſt pax, igitur & bellum inutile. Hæc ar-
gumentatio In coniecturali ſtatu potiſſimum adhi-
betur. Ab Vſibus, ut Equitare oportet, igit & equi A buſi-
habendi, Nauigare conuenit, igitur & naues para bus.
re conuenit, Tueri uitam licet, igitur & gladium fer
re licet, Veterem theologiam ſcire pulchrum, ergo
& poetas didiciſſe pulchrum erit. A Generatione A genera
ad corruptionem, ut, Malum eſt extinguere remp. tione.
igitur bona eſt reſpublica, Concordia ciuium opti
ma, cur non igitur & ciuitas? Ab adiunctis, ut, Cæ Ab adiun
ſarem ſapientiſſimum fuiſſe conſtat, quem nullius ctis.
unq̃ rei pœnituerit, Stultus Anthonius, qui nihil
unq̃ geſſit, cuius non poſtea pœnituerit. Pallet,
cogitabundus ſedet, ſubinde animum mutat, igit
amat, Expalluit, titubauit, trepidauit, igitur cõſcius
ſibi fuit. Si tibi famam meam contaminare licuit, mi
hi expurgare non licebit? Quẽ quis amat, non læ-
dit, quem hæredem facit, charum habuit, Orbæ in
ſeruit, igitur hæreditatem captat. Si poeta eſt, igitur
laſciuus, Si dialecticus, igitur contentioſus, Si theo
logus, moroſus, Si medicus, auarus, Si Gallus, igit
ſuperbus. Quæ tamen facile cõfutari poſſunt, præ

 ſertim,

A iudicatis.

A ſimili.

Simile per negationem.

ſertim, ſi eiuſmodi ſint, ut ſæpenumero non conſe quãtur. Ab iudicio, uel Authoritate, Vt, Optima ſtatim diſcenda ſunt. Sic enim Quintilianus inſti tutor optimus faciendum exiſtimauit. A ſimili ſic, Vt in tempeſtate, quum maximum periculum, ma re, uentiq; minantur, tum peritus nauclerus mini me a clauo decedit, oculos, & manus ad omnia in tentas habet, Ita uir ſapiẽs, quum maxime ſæuit for tuna, & quum res ſunt maxime dubiæ, tum maxi mo conſilio uti, & uigilare ad omnia debet. Locus autem a ſimili confutatur, ſi aut diſſimile eſſe doce bimus, quod alter ſimile dixit, aut aliam commodio rẽ ſimilitudinẽ adducemus, hoc modo, Vt picẽ ne mo tractat, niſi cõtaminet. Ita poetas nẽo põt legere quin ad libidinẽ iciteꝫ. Negabimus ſimile quidpiã, poeſim diuinã ſciẽtiã, cũ pice habere, aut cõmodio rẽ ſimilitudinẽ dabimus, hoc modo, Imo qđ apes facere uidemus, ut ex unoquoque floſculo, quic quid eſt optimi, id exerpant, ſi quid ueneni, id ara neæ exugendum relinquant, Ita nos in poetis, qđ eſt eruditionis, & bonæ doctrinæ, id nobis rapie mus, ſi quid obſcenitatis occurrerit, id relinque mus. Vt, Neq; equus indomitus, cuius natura bo nus, ad eas utilitates, quæ ab eo deſyderantur, ido neus eſt, Ita nec homo indoctus, cuius ingenioſus is eſt, a quo uirtutis fructum poſſis elicere. Non

enim

enim, ut qui currenti ad cursum succedit, uelocior
est, Sic qui imperatori, ad regendum exercitū me-
lior. Nec ut nauis, ita amicitia noua fidelior. A ma- A maiori.
iori, hoc modo, Parenti non obtemperat, & audiet
alienū? Huius mortē tā fert familiariter, quid hic mi
hi faciet patri? Si adulterum occidere licet, ergo &
loris cedere. A minori uero sic, Si furem cedere li- A minori
cet, licet & latronem, Si puer ista potuisti, uir non
poteris? A Pari, Si lex parricidā damnat, & matri- A pari.
cidam, Si patri in filium ius est, igitur & in filiam,
Si fratrem domi alis, cur me ejcias? Porro Exem- Ab exem
plum, aut Simile est, aut Cōtrarium, aut Maius, plo.
aut minus. Simile exemplum, ut, Iure occisus Satur
ninus, quoniam & Gracchus. Contrarium, ut, Bru
tus filios proditionem molientes, occidit, Manlius
uirtutē filij, morte mulctauit, Marcellus ornamēta
Syracusanis hostibus restituit, Verres eadē socijs
abstulit, Maius, ut, Si ꝓpter matrimoniū uiolatū,
Troia fūditus excisa ē, quid fieri adultero par est?
Minus, ut, Tibicies, quū ex urbe recessissēt, publi
ce sūt reuocati, ciuitatis prīcipes, qui bene de rep.
meriti sūt, quū iuidiæ cesserīt, ab exilio ñ sūt reuocā
di? Simle oñdit, A genere, natura, ui, magnitudīe, De cōfu-
multitudīe, tēpore, loco, causa, persōa, opiniōe, mo tatiōe ar-
do. A Genere sic, Extīguit ītellectus, quonā & ui- gumento
sus, Cōfutat, Sed uisus materialis nō ita ītellectus. rū ab exē

A Vi, plo.

A ui. A VI, Insit iuuentuti seueritas quædam, quoniam & senibus. Confutatur, sed iucunditas iuuentutis propria. A magnitudine, Si forte non electione fit gubernator nauis, nec imperator classis. Confutat, At maiori maius ratione gerendum est. A multitudine, Nostræ ne, an hostium hæ ciuitates sint, diiudicemus, sic enim & maiores de duabus fecerunt, Confutatur, sed in pluribus maius periculū. A tēpore, Continuet Pompeius imperium, quoniam & Marius. Confutatur, Sed ille atrocissima reip. tempestate, quum nunc urgeat nemo. A Loco & causa, Quum in Italia bellum sit, non trahantur in Africam copiæ, ne simile quid cum Athenienſibus patiantur. Confutatur, Sed longius illi, & ignota in loca, propius nos, & in cognita, & ea ex re alios quoq; hostes illi attraxerunt, nos hostem Hannibalem ex Italia pellemus. A Persona, Continuet Marius imperium, quoniam & Scipio. Confutatur, At sanctus ille uir, hic nō æq;. Ab Opinione, Qui Cereris sacra stuprauit obeuntem, ea pœna plectatur, qua qui Vestæ obeuntem corrupit. Confutatur, Sed quæ maiori conatu suscipiuntur peccata, atrocius punienda sunt. Possunt autem multa horum ad eiusdem euersionem concurrere. Locus a Proportione, hoc differt a simili, quod ibi a simili simile ducitur, hic similitudinis, ac proportionis fit collatio.

A magnitudine.

A multitudine.

A tēpore

A loco & causa.

A persona.

Ab opinione.

Locus a ꝓportione.

collatio, Per similē sic effertur argumentum. Nam ut nauis gubernator non sorte, sed iudicio eligitur, ita in rep. magistratus sunt eligēdi. Per ꝓportionē sic, Ita se habet ad nauim gubernator, ut ad rempu. magistratus, At iudicio, non sorte gubernator eligi tur, Oportet ergo & magistratus iudicio, non sorte eligere. Locus a proportione eodem modo reprehenditur, quo locus a simili. Locus ab oppositis quinq; partibus diuiditur. A priuatiue oppositis sic, Cæcus est, igitur nunq; uidebit. Item, Non est solus cæcus, qui caret oculis, nam multos tamen habent, tamen cæcos appellare non dubitamus. A Negatione, Pacem contemptere Carthaginenses, in Hyspania enim nostros socios sollicitant. A Relatiue oppositis, Carthaginenses Romanis subiectos esse concedimus: constat igitur Romanos Carthagini imperasse, Si tu me præceptorē appellas, cur ego te non appellam discipulum? Si fateris a me tibi creditam pecuniam, tu mihi debes, Si me ꝓ filio nō habes, nec tu mihi pro patre habeberis, Si nos pro tuo exercitu nō habes, nec te pro imperatore ducemus. A contrarie oppositis, Si sanus non es, ægrotare constat, Si amandus, qui beneficia. meretur, odio prosequendus, qui male, Si premio dignus, qui tyrannum occidit, supplicio afficiendus, qui tyrannum iuuat. In contrarijs, quæ me-

A oppositis.

A priuatione.

A negatione.

A relatiue oppositis.

A contrarijs.

diata uocantur, non consequitur necessario, Vt, si niger non est, igitur albus est, nam uiridis, aut ruA disparatis. beus esse potest. A Disparatis, Disparata genere sunt, quæ sub eodem genere posita, diuersis differentijs, uel proprijs separãtur. Quanꝯ etiam quæ genere distant, disparata possint uocari. Vt, si homo est, igitur nec asinus, nec deus &c. Tu quũ decem pondo argenti deposueris, qua fronte auri tantundem repetis? Marmoream domum diruisti, &A trãsumptione. reponis latericiã? A Transumptione, Philosophus non inuidet, quoniã nec sapiẽs. Distinguitur hic locus ab interpretatione, quoniam hic nihil exponit, sed a uerbo notiori, minus notum infertur, illic nominis ratio affert, hoc modo, Sapiens nõ inuidet, Philosophus amator est sapiẽtiæ, igit non inuidet.A cõiugatis. A cõiugatis, Si rhetorice uirtus est, rhetorẽ studium esse necesse est. A Casibus, Si ingratitudo turA casib⁹. pis est, turpiter igit facis, qui benemerito gratiã nõA diuisione. referas. A Diuisione, Diuisio fit, aut per negationem, aut partitionem. Per negationem hoc modo, Aut utile est bellum indicere, aut non, sed non est utile bellum inferre, igitur quiescere utile est. Partitio autem, aut est generis in species. Vt, animaliũ quædam ratione participant, quædam sunt rationis expertia, aut totius in partes, aut uocis in significata, aut subiecti in accidentia, aut accidentis in subiecta,

iecta, aut accidentis in accidentia. Sed de his hactenus iam satis. Tutum, quod ad incolumitatem pertinet. Iucundum, quod uoluptatem, aut animi, aut corporis, aut utriusq; adfert. Facile, quod sine periculo, aut negotio fieri possit. Necessarium, quod aliter fieri nequit. Cætera a rhetorum præceptis petantur. Nunc nemo putet omnibus his partibus semper in suadendo utendum esse, quod perlongum esset, præsertim in epistola. Sed quot incidēt, & quanta ex parte, eatenus attingere sat fuerit. Cōciliato igitur eius animo, cui scribimus, deinde si inciderit, subiecta ratione, tertio loco id quod suadere, aut dissuadere uolumus, cum amplificatiōe quadam est proponendum. Deinde post diuisionem, aut etiam omissa diuisione, ratio, aut multæ ratiōes sunt subdendæ, rationibus confirmationes subiungendæ, confirmationi ipsi nonnunq̄ altera confirmatio firmamenti causa apponitur. Deinde rem locupletabimus, Exemplo, Autoritate, Prouerbio, Sententia, Simili, Dissimili, Contrario. Quæ ita inter se miscebimus, ut nunc a ratione ad simile, a simili ad exemplum, ab exemplo rursus ad rationem, uel eandem aliis uerbis uestitam, uel aliam ueniamus. Nam ab exemplis rationes nōnūq̄ nascuntur. Item autoritati sententiæ, rationem cōuenit subiicere. De exemplorum uarietate iam diximus. Si-

milia ex omni rerum genere petuntur, quare plurimorum animantium, herbarum, aliarumq; rerum ſpecies & naturas cognitas, & perſpectas habere conducet, autoritates quoq; alias philoſophorũ, alias oratorum, theologorum, hiſtoricorũ. Quæ ſi ſcite intermiſceamus, nunq; deerit quod dicamus, & ſacietatem uarietate facile uitabimus. In hac uarietate, expolitione, & collectione rhetorica diligenter utemur. Huius præceptiũculæ hoc erit exẽplũ.

Exemplũ Quanq; pro tua ſingulari ſapientia, ipſe abunde per te ſapis affinis iucũdiſſime, nec alienis eges conſilijs, tamẽ hoc uel ueteri noſtræ amicitiæ, quæ ab ipſis prope cunabulis una cum ætate nobis accreuit, uel tuis ſummis in me officijs, uel arctiſſimæ denicq; affinitati debere me putaui, ſi is eſſe uellem, quem tu me ſemper exiſtimaſti uirum & amicum, & gratum, ut id quod ad tuam, tuorumq; ſalutem, ac dignitatem plurimum intereſſe iudicaſſem, te libenter, ac libere admonerem. Aliena nonnũq; rectius, cq; noſtra perſpicimus. Tuum cõſilium meis in rebus perſæpe ſum ſecutus, neq; minus felix mihi comperi, quam erat amicum. Nunc ſi uiciſſim in tuis meum ſequi uoles, futurum arbitror, ut neq;

Narrat. me ſuaſiſſe, neq; te pœniteat paruiſſe. Cœnauit apud me ſexto Idus Apriles, cum in uilla montana eſſem, Antonius Baldus, homo, ut ſcis, tuarũ rerũ

ſtudio-

ſtudioſiſſimus, generiq; tuo iam inde ab initio con
iunctiſſimus. Triſte plenumq; lachrymarum con
uiuium. Nunciabat mihi magno utriuſq; dolore,
matrem tuam, fœminam integerrimam, e uiuis cõ
ceſſiſſe, ſororem tuã luctu, ac deſyderio uictam, ſte
rilitati dicatarum uirginum choro aſcriptam eſſe,
ad te unum ſpem ſtirpis tuæ redijſſe, amicos ſum-
mo conſenſu tibi puellam ſummo genere natam,
forma præſtanti, optime moratam, poſtremo tui
amantiſſimam, ſumma cum dote obtuliſſe. Te ue- Semia ar-
ro neſcio qua ſeu doloris impotentia, ſeu religione, gumento
ita cœlibatũ decreuiſſe, ut nec generis ſtudio, nec rum.
ſobolis amore, nec amicorum ullis, aut monitis, aut
præcibus, aut lachrymis abduci poſſis a ſententia.
Tu tamen uel me autore, mentem iſtam mutabis, ,ppoſitio
& cœlibatu relicto, ſterili, ac parum humano uitæ
inſtituto, ſanctiſſimo coniugio indulgebis. Qua in Diuiſio.i.
re neq; tuorum charitatem, quæ tamen alioquin ani limẽ argu
mum tuum uincere debebat, neq; autoritatem quic mẽtatiõis
quam mihi prodeſſe cupio, niſi clariſſimis rationi-
bus oſtendero, id fore tibi longe tum honeſtius,
tum utilius, tum iucundius, quid quod etiam hoc
tempore neceſſarium? Nam primum hac in re, ſi te Ab hone
honeſti ratio mouet, quæ apud probos uiros pluri ſto prĩ
mum ualere debet, Quid matrimonio honeſtius, rõcinaẽ,
quod ipſe Chriſtus honeſtauit? qui nuptijs una cũ

matre, non ſolum intereſſe dignatus eſt, uerũetiã nuptiale conuiuium miraculorum ſuorum primitijs conſecrauit. Quid ſanctius, quod ipſe rerum parens inſtituit, ſanctificauit, quod ipſa ſanxit natura? Quid eo laudabilius, quod qui reprehendit, hæreſeos damnetur? Quid æquius, quam id reddere poſteris, qd ipſi a maioribus accepimus. Quid inconſyderatius, quam id ſanctimoniæ ſtudio, perinde ut prophanum fugere, quod deus ipſe totius ſanctimoniæ fons ac parens ſanctiſſimũ haberi uoluit? Quid inhumanius, quam hominem ab humanæ conditiõis legibus abhorrere? Quid ingratius, quam id negare minoribus, quod ipſe niſi a maioribus accepiſſes, nec eſſes quidem qui negare poſſes? Quod ſi matrimonij quærimus autorem, non a Lycurgo, non a Moſe, non a Solone, ſed ab ipſo ſummo rerum omnium opifice conditum, & inſtitutum eſt, ab eodem & laudatum, ab eodem honeſtatum conſecratumq;. Siquidem initio cum homi nem e limo finxiſſet, miſeram prorſus, & inamœnam eius uitam fore intellexit, niſi ſociam Euam adiungeret. Quare uxorem nõ e luto illo quo uirum, ſed ex Adæ cratibus eduxit, quo prorſus intelligeremus nihil nobis uxore charius eſſe debere, nihil coniũctius, nihil tenacius adglutinatum. Idem ille poſt diluuium mortalium generi reconciliatus, hanc

A laudabili.

ab æquo.

Rationes per contrarium.

Cõfirmatiões cum laude matrimonij.

Hõ prim conditus, mox uxo ri iũctus.

primam

primam legem promulgasse legitur, non uti cœlibatum amplecterentur, sed ut crescerent, ut multiplicarentur, ut terram implerent. At quo pacto, nisi coniugio darent operam? Et ne hic uel Mosaicæ legis libertatem, uel tempestatis illius necessitatem causemur. Quid illud in euangelicis quoq; literis re Quod na petitum, comprobatumque Christi suffragium? turæ lege propter hoc, inquit, relinquet homo patrem & ma fuerit ,p trem, & adhærebit uxori suæ. Quid parentũ pieta ditũ, euãte sanctius? At huic tamen coniugalis præfertur fi- gelica cõdes. Quo autore? Nempe deo, Quo tẽpore? nõ probauit Iudaismi tantum, sed Christianismi quoque. Iam autoritas. si cætera sacramenta, quibus ecclesia Christi potissimum nititur, religiosa quadam uenerationecoluntur, quis non uidet huic plurimum religionis deberi, quod & a deo, & primum omnium est institutum? Et cætera quidem in terris, hoc in paradiso. cætera ad remedium, hoc ad consortium felicitatis. cætera naturæ collapsæ sunt adhibita, unum illud conditæ datum est. Si leges a mortalibus institutas sanctas habemus, non erit coniugij lex sanctissima, quam ab eodem accepimus, a quo & uitam, quæ una prope cum ipso hominũ genere nata est? Denicq; ut legẽ exẽplo confirmaret, adolescẽs, ut dictũ est, ad nuptiale conuiuium uocatus, una cum matre libens adfuit, nec adfuit modo, uerumetiam pro

digioso

digioso munere cohonestauit, haud alibi miraculo rum suorum initium auspicatus. Cur igitur inquies Christus ipse a cõiugio abstinuit? Quasi uero nõ plurima sint in Christo, quæ mirari potius, quam imitari debeamus, sine patre nates, sine parentis do lore processit, clauso monumento prodijt. Quid eo non supra naturam? Sint hæc illi propria, nos in tra naturæ legem uiuentes, suspiciamus illa, quæ su pra naturam sunt. Sed e uirgine nasci uoluit, E uir gine quidem, sed coniugata. Virgo mater, deum decebat coniugata. Nobis quid esset agendum si gnificauit. Virginitas eam decebat, quæ cælestis af flatu numinis illibata pareret illibatum. Sed Iosepli sponsus, nobis casti coniugij leges commendat. Qui magis coniugalem societatem potuit commẽ dare, quã quod, arcanam illam, & angelicis quoq; mentibus stupendam, diuinæ naturæ cum huma no corpore, animaq; coniunctionem, atq; ineffabi lem illum & æternum in ecclesiam suam amorẽ de clarare uolens, se sponsum illius, illam sponsam suã appellat? Magnum (inquit Paulus) matrimonij sacramentũ est in Christo, & in ecclesia. Si qua fuis set in rerum natura sanctior copula, si quod fœdus religiosius, quam coniugium, profecto ab eo sum pta fuisset imago. Quid simile usquam de cæliba tu legis in arcanis literis? Honorandum connubiũ,

Rationa tiones.

& thorus

& thorus immaculatus prædicatur, cœlibatus nẽ nominatur quidem. Iam uero Mosaica lex sterile coniugium execratur, atq; ob id a cõmunibus aris quosdam submotos legimus. Quam ob rem tandem? nempe ideo, quod tanq; inutiles, & sibi duntaxat uiuentes, populum nulla sobole augerent. Quod si lex damnat sterile matrimonium, cœlibes multo amplius damnauit. Si natura pœnam non effugit, nec uolũtas quidem effugiet. Si damnantur quorum uolũtati natura defuit, quid commerẽtur ij, qui ne operam quidẽ dederunt, ne steriles essent?

Hebræorum leges hoc honoris habebant matrimonio, ut qui sponsam duxisset, eodem anno non Laus con
cogeretur in bellum exire. Periclitatur ciuitas, nisi iugij a pre
sint qui eam armis tueãtur. At certum exitium est, mijs.
nisi sint qui coniugij beneficio iuuentutem, semper
mortalitate deficientem sufficiant. Quin & Rhoma
næ leges eos qui cœlibes essent, damno etiam mul
ctabant, a reipublicæ muneribus secludebant. At
qui liberis rempublicam auxissent, eis tanq; bene
meritis præmium e publico statuebant. Argumen
to est ius trium liberorum, ne cætera persequar. Ly
curgus leges tulit, ut qui uxores non ducerent, hi
& æstate arcerentur a ludis ac spectaculis, hyeme
uero nudi forum circuirent, secq; execrati iusta pati
dicerent, quod legibus non paruissent. Iam uis sci

re quantum matrimonio tribuerit antiquitas, uiola ti matrimonij poenam perpende. Graeci quondam uiolatum matrimonij ius, decennali bello uindicandum censuerunt. Ad haec non Romanis modo, uerumetiã & Hebraeis, & Barbaricis legibus, adulteris poena capitalis statuebatur. Furem quadrupli poena absoluebat, adulterij scelus securis expiabat. Apud Hebraeos autem populi manibus lapidabatur, qui id uiolasset, sine quo populus nõ esset. Nec hoc contenta legum seueritas, illud etiam permisit, deprehensum adulterum sine iudicio, sine legibus confodere, nimirum id donans dolori maritali, quod grauate concedit uim a capite propellenti, quasi lædat atrocius, qui coniugem adimat, quã qui uitam. Profecto sanctissimam quandam rem coniugium uideri necesse est, quod uiolatum humano sanguine sit expiandum, cuius poena nec leges, nec iudicem expectare cogitur, quod ius nec in parricidio est. Sed quid de scriptis legib⁹ agimus? Naturae haec lex est, non in tabulis aereis exarata, sed animis nostris penitus insita, cui qui non paret, nec homo quidem sit existimandus, ne dum bonus ciuis. Nam si, ut Stoici homines acutissimi disputãt, recte uiuere, est naturae ductum sequi, quid tã naturae consentaneum, q̃ matrimoniũ? Nihil enim tã a natura, nõ hoib⁹ modo, uerũetiã reliquo animãtium

Stoici.

Recte uiuere.

iam generi insitum est, quam ut suam quodq; spe
ciem ab interitu uindicet, & propagatione posteri
tatis, tanq; immortalem efficiat. Quod sine coniu-
gali coniunctione fieri nõ posse quis ignorat? Tur Bruta ani
pissimum autem uidetur, muta pecora naturæ pa- mantia.
rere legibus, homines gigantũ more naturæ bel-
lum indicere. Cuius opus, si oculis haud cæcutien-
tibus inspiciamus, intelligemus in omni rerum ge-
nere coniugij speciem quandam inesse uoluisse.
Omitto enim iam de arboribus, in quibus Plinio Occupa-
autore certissimo, adeo manifesto sex⁹ discrimine tio.
coniugium inuenitur, ut nisi marita arbor in formi-
nas circumstantes ramis incumbat, tanq; concubi-
tu, hæ plane steriles mansuræ sint. Taceo de gem- Occupa-
mis, in quibus sexum inueniri scripsit idem autor, tio.
at non solus. Nonne ita res cũctas uinculis quibus-
dam natura cõnexuit, ut aliæ alijs egere uideãtur?
Quid cœlũ perpetuo motu uersabile, nõne dũ tel-
lurem omnium parentem subiectam, uario rerum
genere fœcundat, uelut infuso semine, mariti fungi
tur officio? Sed singula percurrere nimis longum
arbitror. Quorsum autem hæc spectant? eo uidelic-
et, ut intelligamus coniugali societate, & consta-
re, & contineri oĩa, sine ea dissolui, interire, collabi
cuncta. Fingunt ueteres illi, ac sapientissimi poetæ, Fabula, et
quib⁹ studiũ fuit philosophiæ præcepta fabularũ ei⁹ expos

 tio.

inuolucris tegere, Gigãtes anguipedes terræ filios, extructis in cælum montibus bellum superis intulisse. Quid hæc sibi uult fabula? Nimirum immanes quosdam ac feros homines & obscuros a coniugali concordia uehementer abhorruisse, eoq; fulmine præcipitatos, hoc est, funditus interisse, cum id uitarent, quo solo constat humani generis incolumitas. At ijdem Orpheum Poetam, ac citharœdum saxa durissima cantu mouisse commemorãt, Quid significantes? Nempe uirum & sapientem, & facundum, homines saxeos, & ferarum ritu uiuentes, a uago concubitu prohibuisse, atq; ad matrimonij sanctissimas leges adduxisse. Apparet igitur, qui connubij amore non tangitur, eum non hominem, sed saxum uideri, hostem naturæ, numini rebellem, suapte stultitia sibi perniciem accersere.

Age uero quandoquidem in fabulas minime fabulosas incidimus, idem Orpheus, cum apud inferos Plutonem ipsum, manesq; permouit, ut Euridicen suam liceat abducere. Quid aliud poetas cogitasse putamus, cõq; ut nobis coniugalem amorem cõmendarent, qui apud inferos quoq; sanctus, ac religiosus haberetur? Eodem pertinet, quod antiquitas coniugio Iouem Gamelium præfecerit, Iunonem pronubam, Lucinam quæ parturientibus adesset. Superstitiose quidem errans in deorum nomi

nibus,

nibus, at non errans in hoc quod matrimonium rẽ ſacram, ac dignam, quæ diis curæ ſit, iudicarit. Diuerſi quidem apud diuerſos populos, ac nationes ritus legeſq; fuere. Nulla unq̃ gens tam fuit barbara, tam ab humanitate omni aliena, apud quam cõiugij nomen non ſanctum, non uenerandum ſit habitum. Hoc Thrax, hoc Sarmata, hoc Indus, hoc Græcus, hoc Latinus, hoc uel extremus orbis Anglus, aut ſi qui ſint his quoq; ſemotiores, religioſiũ habuit. Quid ita? quia neceſſe eſt omnibus eſſe cõmune, quod communis hominum parens inſeuit, & adeo penitus inſeuit, ut huius rei ſenſus non ſolum ad turtures & columbos, uerum etiam ad immaniſſimas feras pertingat. Siquidẽ leones in uxorem mites ſunt. Pro catulis dimicant tigrides. Aſinos per obſtantes ignes agit prolis tuẽdæ pietas. Atq; hoc ſane ius naturæ uocant, ut efficaciſſimũ, ita latiſſime patens. Vt igitur diligens cultor non eſt, qui præſentibus rebus contentus, arbores adultas ſatis quidem accurate tractat, cæterum neq; propagandi, neq; inſerendi curam agit, propterea qđ neceſſe eſt, paucis annis eos hortos quantumuis diligenter excultos interire. Ita parum diligẽs in republica ciuis cenſendus, qui præſenti turba contentus, de propaganda ciuium multitudine non cogitat. Nemo igit̃ unq̃ egregius ciuis habitus eſt, Simile.

qui non liberis gignendis, rectecp instituendis ope
Hebræi. ram dederit. Apud Hebræos & Persas laudi in pri
Persæ. mis erat, quam plurimas habere uxores, tancp ei pa
tria plurimum deberet, qui eam numerosissima so
bole locupletasset, Num tu Abraham ipso san
ctior uideri studes? Is pater multarum gentium nõ
esset appellatus, idcp deo auspice, si uxoris contu
bernium refugisset. Num tu Iacob religiosior habe
ri quæris? Is Rachelis amplexus tam diuturna ser
uitute, redimere non dubitauit. Num Solomone sa
pientior? At quantum ille uxorum gregem domi
aluit? Num Socrate castior? qui Xantippen fœmi
nam etiam morosam domi pertulisse legitur, non tã
ut ille suo more iocabatur, quo domi disceret tole
rantiam, sed ne in naturæ officio claudicasse uidere
tur. Intellexit enim uir unus Apollinis oraculo sa
piẽs iudicatus, hac lege se genitum, ad hanc natum,
hoc se debere naturæ. Nam si recte a ueteribus phi
losophis dictum est, si non temere a nostris theolo
gis comprobatum, si merito, uelut adagionis uice,
ubicp decantatum. Necp deum, necp naturam quic
quam frustra facere, cur hæc membra tribuit? cur
hos stimulos? hanc gignendi uim addidit? si cœli
batus laudi ducitur. Si quis te magnifico munere
donaret, arcu, ueste, aut gladio, idignus accepto ui
deberis, si uti eo aut noles, aut nescies. Cum cætera

omnia

ola tãta rõne sint cõstitura, haud uerisimile uideri de
bet, hac una i re natura dormitasse. Nec audio, qui cõfutatio,
mihi dicat fœdam illam pruriginẽ, & Veneris sti-
mulos nõ a natura, sed a peccato profectã. Quid tã
dissimile ueri? Quasi uero matrimoniũ, cuius mu-
nus sine his stimulis peragi nequit, nõ culpã præce-
derit. Iã in cæteris animãtibus unde illi stimuli? an a
natura, an peccato? Mirum ni a natura. Postremo
nos imaginatione fœdũ reddimus, qd̃ suapte na-
tura pulchrum, ac sanctũ est. Alioqui si res nõ opi-
nione uulgi, sed ipsa natura uelimus expendere, qui
minus fœdũ brutorũ animantiũ more, edere, mãde
re, cõcoquere, excernere, dormire, cũ̃ licita, permis-
saq; Venere uti? At uirtuti potius cũ̃ naturæ paren cõfutatio
dum, perinde quasi uirtus sit ulla dicenda, quæ cũ
natura pugnet, unde nisi proficiscatur, ne esse qui-
dem poterit, quæ cultu & disciplina perficiat. Sed cõfutatio,
Apostolorũ te institutum delectat, qui & ipsi cœ
libatũ sunt secuti, & alios ad id uitæ genus sunt co-
hortati. Imitẽt sane apostolos uiri apostolici, quo-
rũ cũ sit muneris, & docere & instituere plebẽ, nõ
que ũt simul & gregi & uxori satisfacere. Quãq; &
apostolis uxores fuisse cõstat. Episcopis cœlibatũ
cõcedamus. Quid tu apostolicũ istitutũ sequeris,
ab apostolico munere longe alienissimus, homo ni
mirũ & ꝓphanus & priuatus? Illis hoc ueniæ datũ

est, ut

eſt, ut uacent a coniugij munere, quo magis uacet copioſiorem prolem Chriſto gignere. Sit iſtud ſacerdotum ac monachorum priuilegium, quos apparet in Eſſenorum inſtitutum ſucceſſiſſe. Tui ſtatus alia ratio eſt. At ipſe Chriſtus inquies, beatos pronunciauit, qui ſeſe caſtrarunt ob regnum dei. Non reijcio autoritatem, ſed ſententiam interpretor. Primum arbitror hoc Chriſti dogma ad ea tempora potiſſimum pertinere, quibus oportebat ab omnibus mundi negotijs quam maxime expeditum eſſe. Curſitandum erat per omnes terras, imminebat undiq; perſecutor. Nunc is eſt rerum, ac temporum ſtatus, ut nuſquam reperias minus inquinatam morum integritatem, quã apud coniugatos. Exaggerent quantumlibet ſuum inſtitutũ monachorũ, ac uirginum examina, iactent quãtum uolent ceremonias, cultuſq; ſuos, quibus potiſſimũ inter cæteros eminẽt, ſanctiſſimũ uitæ genus eſt, pure caſteq; ſeruatum coniugiũ. Præterea non is ſeſe caſtrat, qui uiuit cœlebs, ſed qui caſte, ſancteq; colit coniugij munus. Atq; utinam uere caſtrati ſint, quicunq; ſuis uitijs magnificum caſtrationis prætexunt titulum, ſub umbra caſtitatis turpius libidinantes. Neq; enim mei pudoris eſſe puto, commemorare, in quæ dedecora ſæpe prolabantur, qui naturæ repugnãt. Poſtremo ne præcipit quidẽ Chriſtus

ſtus ulli cœlibatum, at idem diuortium palã inter-
dicit. Mihi ſane uidetur, non peſſime conſulturus
rebus, ac moribus hominũ, qui ſacerdotibus quo-
que ac monachis, ſi res ita ferat, ius indulgeat co-
iugij. Sed diuina quædam res eſt, angelica res eſt cõfutatio
uirginitas, at humana quædam res eſt coniugium.
Ego nunc homo loquor homini. Laudanda qui-
dem res eſt uirginitas, at ita ſi non hæc laus ad quã
plurimos trãſferatur. Quam ſi uulgo uſurpare ho-
mines incipiant, quid uirginitate dici, cogitariue
poſſit exitialius? Tum ſi in cæteris maxime laudem
mereatur uirginitas, in te certe reprehenſione care
re non poteſt, per quem ſtabit, quo minus optimũ
illud genus, & immortalitate cum primis dignum,
obliteretur. Poſtremo minimum abeſt a uirginita
tis laude, qui ius illibatum coniugij ſeruat, qui uxo-
rem gignendæ proli, non libidini habet. Si frater Ex lege
fatri ſine liberis defuncti ſemen excitare iubetur, tu Moſaica.
uniuerſi tui generis ſpem interire ſines? præſertim
cũ ad te unum reciderit? Nec uero me clam eſt,
magnis uoluminibus priſcorum patrum decanta-
tas uirginitatis laudes, quorum Hieronymus adeo Hiereny.
miratur eam, ut non multum abſit a contumelia ma
trimonij, & ab epiſcopis orthodoxis ad palinodiã
inuitaretur. Verũ donet hic ardor illis tẽporibus.
Nunc optarim, ut iſti qui paſſim ſine delectu ad

cœlibatum ac uirginitatem adhortantur ætatẽ, quæ
ſibi nondum eſt nota, hoc operæ collocarent in de
ſcribenda imagine caſti puriq; matrimonij. Atq;
his ipſis quibus tantopere placet uirginitas, nõ dis
plicet bellum aduerſus Turcarum gentem, qui nu-
mero tot partibus nos ſuperant, quorum ſi rectum
eſt iudicium, conſequetur, ut in primis rectum, &
honeſtum habeatur, pro uirili liberis gignẽdis ope
ram dare, & iuuentutem in belli uſum ſufficere.
Niſi forte bombardas, tela, naues, ad hoc bellum
apparandas putant, uiris opus eſſe non putant. Si-
dem probant, ut Ethnicorum parentes ferro truci-
demus, quo liceat filios etiam inſcientes baptizare.
id ſi uerum eſt, quanto mitius eſt idem efficere con
Epilogus iugiorum officio. Quare ſi quid honeſtum, ſi pie-
ſuperio- tas, ſi religio, ſi officium, ſi uirtus te mouet, cur ab eo
rum argu abhorres, quod deus inſtituit, natura ſanxit, ratio
mentatio ſuadet, diuinæ pariter & humanæ literæ laudant,
num. leges iubent, omnium gentium conſenſus appro-
bat, ad quod optimi cuiuſq; exemplum adhortat?
Aiucũdo Quod ſi pleræq; res etiam acerbæ uiro bono ſunt
expetẽdæ, nõ alio nomine, q; quod honeſtæ ſunt,
matrimonium profecto multo maxime expeten-
dum, de quo quis dubitare poſſit, pluſne habeat
honeſtatis, an uoluptatis. Quid enim dulcius, q;
cũ ea uiuere, cũ qua ſis nõ beneuolentiæ modo, ue
rumetiã

rũctiã corporũ mutua quadã cõmunione arctissime copulatus? Si magnam quandã animi delectationẽ ex reliquorum necessariorũ beneuolentia capimus, cp̃ dulce in primis sit habere, qui cum animi tui secretos affectus communices, qui cum perinde ut te cum loquaris, cuius fidei te tuto cõmittas, qui tuas fortunas suas esse ducat. Quid tu credis habere felicitatis mariti uxorisque coniunctionem, qua nulla possit in rerum natura inueniri nec̃ maior nec̃ firmior? Cum cæteris enim amicis animorum dunta xat beneuolentia coniugimur, cum uxore & sum- Cõfirma tiones.
ma charitate, & corporũ permutatione, & sacramẽti fœdere, & fortunarum omnium societate copulamur. Præterea in cæteris amicitijs quãta simulatio? quãta perfidia? Sæpe ij quos nostri amantissimos existimauimus, sicut hyrundines exacta æstate deuolant, ita fortuna reflante deficiunt. Nonnunquã recentior amicus ueterẽ eiicit. Paucos audiuimus, quorum fides usq̃ ad uitæ finem constiterit. Vxoria charitas non perfidia corrumpitur, nulla simulatione obscuratur, nulla rerum mutatione cõuellit, denic̃ sola morte, imo ne morte quidem distrahitur. Illa parentum, illa fororum, illa fratrum pietatem, tui amore contemnit, te unum respicit, ex te pendet, tecũ emori cupit. Res est? habes quæ tueatur, habes quæ augeat. Non est? habes quæ

quærat. Si res ſecundæ ſint, duplicatur felicitas, ſin aduerſæ, erit quæ te conſoletur, quæ aſſideat, quæ inſeruiat, quæ tuum malum ſuum eſſe cupiat. An tu uoluptatem ullam cum hac tanta coniũctione cõ ferendam cenſes? Si domi agis, adeſt quæ ſolitudinis tædium depellat. Si foris, eſt quæ diſcedentẽ oſculo proſequatur, abſentem deſyderet, redeuntem læta excipiat. Dulcis iuuentæ tuæ ſodalis, gratum ſenectutis ſolatium. Natura homini quidem dulcis eſt, uel quæuis ſocietas, quippe quem ad beneuolentiam, atq; amicitiã genuit. Hæc igitur quomodo non erit dulciſſima, in qua nihil nõ commune eſt? Contra autem ſi feras quoq; ſolitudinem horrere, ſocietate delectari uidemus, mea ſententia ne homo quidem ſit exiſtimandus, qui ab hac ſocietate omnium & honeſtiſſima & iucundiſſima abhorreat. Quid enim eo homine odioſius, qui tanq; ſibi uni natus, ſibi uiuat, ſibi quærat, ſibi parcat, ſibi ſumptum faciat, neminem amet, ametur a nemine? An non iſtiuſmodi portentum dignum cenſebit, quod cum Timone illo ex uniuerſo hominum contubernio in medium mare proiiciatur? Neq; hic aut ſim illas tibi uoluptates proponere, quibus quũ natura nihil uoluerit eſſe homini dulcius, neſcio tamẽ quo pacto a magnis ingenijs diſſimulantur potius q; contemnuntur. Quanq; quis adeo ſeuero, ne dicam

eam ſtupido, ſit natus ingenio, qui eiuſmodi uolu
ptatum genere non capiatur, præſertim ſi citra nu-
minis aut hominis offenſam, citraq; famæ detrimen-
tum poſſit cõtingere? Equidem eum non hominẽ,
ſed plane ſaxum dixerim, etiam ſi minima bonorũ,
quæ habet coniugium, pars eſt, ea corporum uolu-
ptas. Sed fac te iſtam ut uiro indignam contemne-
re, quanq; nec uiri quidem uocabulum ſine his me-
remur. Ponantur ſi uis inter extrema coniugij cõm
moda. Iã quid caſto amore eſſe poteſt amabilius?
Imo quid ſanctius atq; honeſtius? Accreſcit inte-
rim dulcis affinium turba. Duplicatur parentum,
fratrum, ſororum, nepotũ numerus. Natura enim
unam dũtaxat matrem, unum patrem tribuere po-
teſt. Coniugio pater alter, altera mater accedit, qui
te, ut cui ſua uiſcera cõmiſerint, ſingulari pietate
non proſequi non poſſunt. Iã uero quanti illud æſti
mabis, ubi pulcherrima coniunx pulchra faciet te
prole parentem? Vbi quis tibi paruulus aula luſe-
rit Aeneas? qui tuos tuæque coniugis uultus refe-
rat, qui te blanda balbutie patrem appellitet. Iam ac
ceſſerit coniugali charitati uinculum adamãtinum,
q̃ ne mors quidẽ ipſa queat abrũpere. Felices (in-
quit Flaccus noſter) ter & amplius, quos irrupta te
net copula, Nec malis diuulſos quærimonijs, Su-
prema citius ſoluet amor die. Habes qui ſenectutẽ

tuam oblectent, qui oculos claudant, qui iusta persoluant, in quibus renatus uidearis, quibus superstitibus tu ne occidisse quidem puteris. Non abeunt ad alienos hæredes, quæ tibi parasti. Ita tandē omnibus perfuncto, ne mors quidem ipsa acerba uideri poterit. Omnibus uelimus nolimus senectus imminet. Hac ratione natura prospexit, ut in liberis ac nepotib⁹ repubescamus. Quis enim grauiter ferat senectutē, ubi suos uultus, quos adolescens gessit, in filio conspexerit? Mors omnibus parata est. At hac una uia uelut immortalitatem quandam meditatur naturæ prouidētia, dum sic aliud ex alio propagat, ut ueluti cum planta arbore excisa repullulat, necinteriisse uideatur, qui prole relicta moritur. At minime me fugit quid iter hæc obmurmurres. Beata res est coniugium, si omnia secunda eueniāt, sed quid si morosa contingat uxor? Quid si impudica? Quid si liberi impij proueniant? Occurrēt animo tuo exempla eorum, quibus cōiugium exitium attulerit. Exaggera quantum potes, sed tamē hominū ista uitia fuerīt, nō coniugij. Crede mihi, non solet nisi malis maritis mala uxor contingere. Adde quod tibi in manu est, ut bonā eligas. Quid si corrumpatur? A malo quidem marito uxor bona corrumpi potest, a bono mala corrigi consueuit. Falso uxores accusamus. Nemo, si quid mihi credis,

Refutatio incommodorū matrimonij.

credis, unq̃ nisi suo uitio improbam uxorem habuit. Iam ex bonis parentibus ferme similes nascũtur liberi. Quanquam & hi utcunq; nati, fere tales euadunt, quales illos finxeris institutione. Iam uero non est quod zelotypiam metuas. Iste stulte amãtium morbus est. Castus ac legitimus amor zelotypiam nescit. Quid tibi tragoediae in mentem ueniunt? Haec maritum adultera, securi percussit, haec ueneno sustulit, illa morum odio ad mortẽ adegit. Cur non potius Tiberij Gracchi Cornelia succurrit? Cur non Alcestis non optimi mariti coniunx optima? Cur non occurrit uel Iulia Pompeij? uel Catonis Portia? Cur non æterno nomine digna Arthemisia? Cur non Hypsicratea Mithridatis Põtici regis uxor? Cur non Terciae Aemiliae comitas in mentem uenit? Cur non Turiae fides? Cur non Lucretia Lentulaque succurrit? Cur non Arria illa a plinio celebrata? Cur non innumeræ aliæ? quarum et pudicitia, & fides in maritos, ne morte quidem potuit immutari. Rara inquis, auis in terris mulier proba. Et tu rara uxore dignum te finge Mulier, inquit sapiens ille, bona, pars bona. Aude tuis moribꝰ dignam sperare. Plurimum in hoc situm est, quam diligas, quomodo fingas, qualem ipse te illi præbeas. Sed dulcis est, iquies, libertas. Quisquis uxorẽ accipit cõpedes accipit, quas sola

mors

mors possit excutere. Quid autem dulce esse homini soli possit? Si dulcis est libertas, sociam asciscendam censeo, qua cum bonum istud tibi commune esse uelis. Quanq; quid ista seruitute liberius, ubi ita uterq; alteri obnoxius est, ut neuter manumitti uelit? Astrictus es ei, quē in amicitiam recipis. At hic nemo libertatem ademptam clamitet. At ueretis ne liberis morte absumptis, orbus in luctum incidas. Si orbitatē times, ob id ipsum ducenda uxor est, quæ sola hoc præstare potest, ne simus orbi. Sed quid tu tam diligenter, imo anxie, omnia matrimonij incommoda disquiris? quasi cœlibatus nihil habeat incommodi. Quasi uero ulla sit uita mortalium, quæ non sit omnibus fortunæ subiecta casibus. E uita migret oportet, qui nihil incommodi ferre uelit. Quod si ad cælestem illam uitam respicias, mors hæc hominum uita est, haud uita dicenda. Sin intra humanam conditionem animum [illegible] as, nihil est coniugali uita neq; tutius, neq; [illegible] lius, neq; iucundius, neq; amabilius, neq; felicius.

Ab utili, & necessario.

Sed quid nos de honesto, ac iucundo disputamus, cum non utilitas modo suadeat, uerumetiam necessitas ad coniugium impellat. Tolle matrimonium, perpaucis annis uniuersum hominum genus funditus intereat necesse est. Xerxen illū Persarū regē cū ex ædito loco ingentem illam hominū multitudinem

dinem intueretur, lachrymas non tenuisse dicunt, quod ex tantis hominum milius, post annos sexa gita nullus omnino superfuturus esset. Cur quod ille de suis copijs intellexit, non etiam de uniuerso hominum genere perspicimus? Sublato coniugio, quotusquisq; ex tot regionibus, prouintijs, regnis, urbibus, cœtibus, post centum annos supererit? Eamus nunc & cœlibatum miremur, qui æternam sit generi nostro cladem allaturus. Quæ pestis, aut es a superis, aut iferis imitti possit nocētior? Quid ab ullo diluuio timeri possit acerbius? Quid tristius expectetur, etiamsi Phaethonteum redeat incendium? At ex huiusmodi quidē tempestatibus multa relinqui solent incolumia, ex cœlibatu nihil reliqui fieri potest. Videmus quantum morborū agmen, quot casuum discrimina, noctes dieśq; hominum paucitati insidientur. Quot pestis absumit, quot absorbet mare, quot Mauors abripit? Taceo enim de quotidianis mortibus. Circumuolat undiq; mors, ruit, rapit, properat quantum potest genus nostrum extinguere, & nos cœlibatum miramur, coniugium fugimus? Nisi forte placet Essenorum institutum, aut Dulopolitarum, quorum gentem facinorosorum nunq; deficiens numerositas propagat. Nū expectamus, ut Iupiter aliquis

nos eodem munere donet, quod apibus tribuisse dicitur, ut sine concubitu foetificemus, & posteritatis semina e flosculis ore legamus? An uero postulamus, ut sicut e Iouis cerebro Mineruam prognatam poetæ fabulantur, ita nobis e capite liberi exiliant? An deniq; ut iuxta ueterum fabulas, e terra, e saxis proiectis, e duris arborum truncis homines producãtur? E terræ gremio permulta sine nostro cultu enascuntur. Plantulæ sub umbra matris sæpe pullulascunt, at homini hanc unam propagãdi uiã natura esse uoluit, ut mutua mariti uxorisq; opera mortalium genus ab interitu uindicaretur, quod si fugiant tuo exemplo mortales, ne ista quidẽ, quæ tu miraris, esse poterunt. Cœlibatum miraris, suspicis uirginitatem? At nec cœlibes erunt, nec uirgines, si coniugij usum sustuleris. Cur igitur prælata est uirginitas? cur honorata, si exitium adfert mortalibus? Laudata est, sed pro tempore, sed in paucis. Voluit enim deus hominibus cœlestis illius uitæ tanq̃ imaginem quandã & simulacrũ ostendi, ubi neq; nubent ullæ, neq; nuptum dabunt ulli. Sed ad exemplum p̃aucitas idonea est, multitudo inutilis. Vt enim non omnes agri, quanquam feraces, ad usum uitæ seruntur, sed pars negligitur, pars oculis pascendis colitur. At patitur hoc ipsa rerum copia, in tanta aruorum amplitudine exiguam partem

cõfutatio

tem ſterilem relinqui. Verum ſi nulli ſerantur, quis non uideat nobis ad glandes fore redeundum? Ita cœlibatus in tanta hominum multitudine, in paucis quidem laudem habet, in omnibus ſummam reprehenſionem habitura. Iam ſi maxime in alijs ſit uirtutis nomen habitura uirginitas, in te certe uitioſa fuerit. Cæteri enim puritati ſtuduiſſe uidebuntur, tu generis parricida iudicaberis, quod cum honeſto coniugio propagare potueris, turpi cœlibatu paſſus ſis interire. Licet e numeroſa ſobole uirginem deo conſecrare. Ruſtici frugum primitias ſuperis immolant, non uniuerſum prouentum, at te unum ſtirpis tuæ reliquias eſſe memineris oportet. Nihil autem refert utrum occidas, an ſeruare recuſes, qui a te uno ſeruari & poterat, & facile poterat? At ſororis exemplum te ad cœlibatum adhortatur. At iſta uel una re potiſſimum debebas a cœlibatu deterreri. Generis enī ſpem, quæ prius utriſque erat communis, nunc totam ad te unum reuolutam intelligis. Detur hæc uenia ſexui, detur ætati, puella dolore uicta peccauit, ſtultarum mulierculārum, aut ſtultorum monachorum impulſu ſeſe præcipitē dedit. Tu maior natu uirū te eſſe memineris neceſſe eſt. Illa maioribus ſuis cōmori uoluit, tu ne moriant, operā dabis. Soror ſubduxit ſeſe officio, tu duorū tibi partes obeūdas eſſe cogita. Nō

Rhetorū argumentum.

dubitarunt filiæ Lot, cum patre temulento rem habere, satius esse iudicantes, nefario etiam incestu generi consulere, q̃ pati interire. Tu matrimonio honesto, sancto, pudico, sine offensa, summa cum uoluptate, non consules? Quare sinamus eos Hippolyti institutum imitari, sectẽtur cœlibatum, uel qui mariti fieri possunt, patres non possunt, uel quorũ tenuitas liberis educandis non suppetit, uel quorum genus aliorum opera possit propagari, aut certe eiusmodi est, ut magis reipublicæ conducat intermori q̃ propagari. Tu uero cum teste Medico uiro neq; imperito, & minime mendaci, magnam posteritatem promittere uidearis. Patrimonium habeas amplissimũ. Genus autem tum optimum, tũ clarissimum, ita ut obliterari sine nephario scelere, magnoq; reip. detrimento non possit. Tum adsit ætas integra, nec desit forma, Offeratur uero coniunx puella, qua neq; integriorem, neq; illustriorẽ ullam uiderunt ciues tui, pudica, modesta, pia, facie diuina, cum dote amplissima. Cum rogent amici, lachrymentur propinqui, instent affines, patria flagitet, ipsi maiorũ tuorũ cineres e tumulis idipsum te obtestẽtur, tu tamen adhuc contaris, adhuc cœlibatũ cogitas? Si qua res parum honesta abs te peteretur, si qua difficilis, tamen uel tuorum uota, uel generis charitas animum tuum expugnare debuerat.

rat. Quanto æquius est id amicorum lachrymas, patriæ pietatem, maiorum charitatem abs te obtinere, aa quod te diuinæ pariter & humanæ leges hortantur, natura instigat, ratio ducit, honestas allicit, tot cõmoda inuitãt, necessitas etiam ipsa cogit: Sed iã argumentorum plus satis. Confido te iam dudum me monitore sententiam mutasse, animumq; ad salubriora consilia appulisse. Bene Vale. In summa plurimum conducet in hoc suasorio genere longe omnium utilissimo, diligẽter exerceri. Dominatur huiꝰ gene fere in omnibꝰ generibus. Primũ igitur cuiusris præcmodi sit, qd' persuadere cupis, attente est consyderandũ. Deinde quæ sunt in eo commoda omnia diligenter colligemus, & amplificabimus, contra uero si quæ insunt incõmoda, quæq; illius animũ posse deterrere uidentur, ea aut extenuabimus, aut remouebimus, excogitatis quamplurimis rationibus, & rationum confirmationibus. Postremo uero uidendum quibus argumentationum formis, aut quibus exornationibus ea quæ excogitata sunt, quam commodissime possint explicari.

De exercitatione

De genere Dissuasorio.

IN Dissuasione omnia incommoda colligemus. Hæc quem admodũ inueniri possint, suo loco paucis demõstrabimus,

quæ quidem meditata, & tanc̃ ad manum habere oportebit. Proponat autem didaſcalus aliquod argumentum ſcite excogitatum, capita rationum, exempla, ſimilitudines, & ſi uolet diſpoſitionẽ paucis oſtendat, reliqua puerorum ingenijs relinquat, deinde illorum inuenta caſtiget, mox palinodiam ſcribere iubeat, Nonnũc̃ etiam acuẽdi ingenij gratia, infames materias proponat. Nihil enim eſt ita natura bonum, quin ab ingenioſo oratore depraua ri poſſit, Hac exercitatione tum copia, tum promptitudo quædam quauis de re dicendi paratur. A me modo ſuaſum eſt matrimoniũ, ubi omnia eius uitæ commoda collegi, contra autem cœlibatus in commoda exaggeraui. Incommoda uero matrimonij, quæ illic partim extenuaui, partim refelli, ea in palinodia erunt exaggeranda, contra, commoda aut uehementer deprimenda, aut commoda eſſe neganda. Quonam igitur modo erit hæc palinodia inſtituenda? Fingemus amicum ſecum hæſitãtem utram uitam uelit amplecti, aut iam nuptias animo deſtinaſſe. Et ut a circumſtantijs diſcamus inuenire argumenta, thema certis perſonis confectũ proponemus, hoc pacto, Petrus adoleſcens, minimus fratrum ſuorum, ſummo ingenio, & iam literis iniciatus, matris opera a ſchola reuocatus, ab eadem ad ducendam uxorem ſolicitatur, puellam & diui-

tem, &

tem, & egregia forma, pater neq; uxori, neq; filio refragatur, ſed liberum illi permittit, ut eligat. Scribit nunc illi ſodalis, æqualis, & ſocius ſtudiorum, conatur q; illum a matrimonio deterrere. Hic, ut cõ iugium cũ miſerrimum oſtendat, omnes eius uitæ erumnas contrahet, primum ab ipſius coniugij natura, Adducit enim ſeruitutem, & eã quidẽ, quam effugere nullo modo poſſis. Nulla enim ſeruitus non miſera eſſe poteſt, quum hominem natura libertatis auidum finxit. Tum quum omnis ſeruitus miſera eſt, illa minime uiro conuenit, qua cogimur mulieri inſeruire. Præterea quod mutua eſt ſeruitus, accedit etiam alterum incommodum, quod eã ipſam ſuſtinere cogeris, cui inſeruis. Nam reliquis in ſeruitutibus ſerui ex dominis pendẽt, at illa ex te. Prius ibas quo uolebas, cœnabas ubi uolebas, uiuebas qui cum uolebas, uagabaris, nugabaris, conuiuabaris, luſitabas, confabulabaris. Nunc domi deſidendum, cœnandum domi, cubandum domi, uiuendum more illius. Quæ ſi facis, ubi dulcis illa libertas? Sin minus, lites domi parate, audienda iurgioſæ uxoris conuitia. At formoſa eſt, non poteſt cõfutatio non eſſe uoluptati, Imo ſi formoſa eſt, certã miſeriam effugere non potes. Nam ſi deformis eſſet, minus quidem animum uoluptate oblectaret. At rurſum metu minus angeret, minus procax eſſet.

Nunc

Nunc quum formam ſuam nõ ignoret, multo erit inſolentior, tum ſi parum pudica ſit, qui tibi iucunda poterit eſſe uita? ſin pudica, quod haud ſcio an fieri poſſit, perpetuo mœtu cruciaberis, ne te non ſatis amet, ne corrũpatur, ne mutet animum. Nam ſi non ames, miſerum eſt uiuere cum ea, quam non ames, ſin ames, hæc omnia ſecum incommoda adfert amor, ſuſpiciones, iniurias, iurgia, rixas, & cætera. Præterea ſtulti eſt compedes ſuas q̃uis aureas amare. Quid refert lineo, an ſerico fune ſtrangu-leris? Deinde extenuabis eam uoluptatem, qua negabis tantos dolores eſſe emendos. Eſt enim pecorina prorſus, plena faſtidij, plus aloes, q̃ mellis habens, indigna magnis ingenijs. An hæc una tanti eſt, ut multo dulciores uoluptates relinquas, & tot miſerias adeas? Hic colligat incommoda coniugij, curam rei domeſticæ, mores uxoris, peccata filiorum, morbos, mortem, luctum, orbitatem. Contra quæ uoluptas ſit in literis, Non poſſe ſimul & uxori, & muſis uacare. Hic per contentiones enumera-

cõfutatio. bit, quæ relinquat, quæ ſubeat. Sed ſine matrimonio genus humanum ſuſtineri non poteſt, quaſi uero deſint qui iſto munere fungantur, Iſtuc alijs relinque, qui humanis rebus ſunt nati, tu ad diuina, ad cœleſtia factus es. Sũt tibi fratres, quorum opera genus tuum poſſit propagari, tuum eſt, illud nõ

liberis,

liberis, sed literis illustrare. Tũ exemplis agendũ, & item de cæteris argumentis, Sed hæc alias latius.

De Cõsolatoria Epistola.

Fficium quidem est, amicos in rebus afflictis, ubi re mederi non licet, uerbis saltem consolari. Verum scite idipsum facia-mus oportet, ne uelut imperiti medici, uulnus crudum adhuc, & recens exulceremus, potius q̃ mitigemus. Ita ad consolandum accedemus, ut nostrum potius ipsi dolorẽ ostendere, q̃ eius mitigare uideamur, hoc est ferrum abscondere secari nolenti. Negabimus illi uel nostra, uel cuiuspiam consolatione opus es-se, quod non ignoremus eum pro summa sua sapiẽ tia, animiq; magnitudine casum suum fortiter fer-re. Nos ipsos ad consolandum parum esse idone-os, qui non minus animo angamur, q̃ is ipse, quẽ confirmare deberemus. Deinde doloris causas etiã exaggerabimus, eamq; exaggerationem non a re ipsa, sed ab eius qui patit̃ indignitate sumemus, nõ sine laude quadam eius iniuriam q̃ plurimis bo-nis uiris dolere dicemus. Quod ubi erit factum, tũ medicamentum adhibebimus, hic omnia, quæ do lorem lenire possint, diligenter colligemus. Id fiet, si ipsum malum in quod incidit uerisimiliter extenua

bimus, & bonum unde excidit, quantũ queamus, alleuemus. Malum extenuabimus, ſi minime diuturnum fore oſtendemus. Solent enim patienter ferri incommoda, quæ breui finem habitura putentur, præſertim ſi eam incommoditatem magna aliqua ſpes ſequutura monſtretur. Hic omnes rerũ coniecturas diligentiſſime deſpiciemus, quibus eã ſpem q̃ maxime probabilem efficiamus. Vnde autem coniecturæ ſumantur rhetorum de ſtatu coniecturali præceptiones haud obſcure demonſtrant, & Ciceronis cum multæ, tum illa imprimis ad Cecinnam epiſtola exemplo eſſe poteſt, ubi idem facete ſuo more, tanq̃ augurandi diſciplinam quandam tradere uidetur, his omnibus aſſentationem

Alter mo dus extenuãdi ma lum.

quandam admiſcebimus. Quod ſi eiuſmodi ſit incommodum, ut diuturnum uideri neceſſe ſit, aliis extenuandi rationibus utemur. Aut enim non eſſe incommodum, aut non eſſe adeo graue ut apparet, nitemur oſtendere. Id faciemus, ſi quicquid erit in eo incommodi id accurate cum amplificatione quadam iudicemus. Nullum enim tam graue malum homini poteſt accidere, ex quo non aliquid commodi decerpi queat. Si negabimus ullum eſſe malum exiſtimandum, quod citra culpam homini obtigerit, hic philoſophorum rationes, & præter cæteros ſtoicorum nos plurimum adiuuabũt. Si eiuſmodi

modi calamitatem uel famæ eius profuturam, uel gradum quendam ad maxima commoda iactum esse ostendemus. Solet enim summa uirtus, summaque fœlicitas a durissimis initijs plerunq; proficisci. Idq; exemplis approbabimus. Si theologico more eiusmodi tempestatem a superis propitijs immissam dicemus corpori quidem molestam, sed animæ salutarem. Nihil aũt æque dolorem leuat, te ste Ciceroẽ, ut cõmunis tãq; legis, humanæ cõditiõis recordatio, quare id mẽli, illi cũ uniuerso mortalium genere, uel certe cum clarissimis, optimisq; uiris q̃plurimis cõmune esse declarabimus. Hic illustrium uirorum exempla, qui in eosdem luctus inciderunt, aut certe similes, quicq; eos fortissimo animo, maxima cum laude tulerunt, accumulabimus. Postremo ad exhortationem ueniemus, ad pristinam animi tolerantiam, magnitudinem, sapiẽtiam, eruditionem uocabimus. In conclusione omnem operam, studium, diligentiam, & ipsi, & eius filijs, ac necessarijs deferemus. In consolando iocus erit uehementer fugiendus, nisi leue sit incommodum, ut ioco possit exhilarari, tum modo is erit, qui eiusmodi rebus capiatur, quam blandissime iocandum erit, ita tamen ut ueras consolationes cum iocis promisceamus. Præterea cauendum, ne non tam amice cõsolari, q̃ præcipere uideamur,

ne tanq̃ sani ægrotantibus imperemus, ne quid de nostra, aliorum ue felicitate cõmemoremus, ne tytirum illum Vergilianum rustice imitemur. Vt enĩ societas miseriam leuat, ita alienæ immunitatis recordatio ægritudinem exasperat. Quæ quum satis diligenter præcepta putem, Exemplum adijciem⁹, Canidi⁹ uir in republica sua præclar⁹ per inuidiã factionũ aduersariorũ eiectus in longinquis regionibus exulat, relicta domi uxore, paruisq; liberis, eũ amicus consolat. Officium meum (ut a quo persæpe meo in luctũ fuerim amantissime confirmat⁹) uicissim in tuo tristissimo casu deberi quidem tibi agnosco, sed te nihil egere gaudeo. Ita enĩ fortiter, sapienterq; exilium ferre audio, ut nos qui tui desyderio angimur, tua potius, q̃ tu nostra consolatione simus subleuandi. Nec tu quidem uir fortissime quidq̃ a tuis studijs alienũ facis. Ita enim a puero & optimis institutis, & philosophiæ ratiõibus animũ præparasti, ut nullus te fortunæ flatus, nec secundus erigere, nec aduersus quidem possit deijcere. Non quo te tam acerbi uulneris sensu omnino carere putem, id enim stupentis, magis q̃ magni animi uidetur. Quis enim tam saxeo pectore sit, qui, quod tibi euenit, quum pro summis in rem publicam meritis, summam contumeliam acceperit, tanta ingratitudine non monebitur? Quis tantũ obliuio-

Argumẽtũ siue thema epĩlæ Epistola cõsolatoria exilij.

obliuionis ex illo lethæo flumine bibit unc̃p, ut nul lo natalis terræ, amicorum, uxoris, liberorum desy derio teneretur? Nec tibi soli dolet quod uulnus acceperis, quum multis non tuis modo, uerum alie nis, bonis tamen, doleat. Quare si te dolere uetem, inhumanissimus plane uidear, tametsi affirmare au sim permultas esse causas, cur tu malum moderan tius ferre debeas, quod si etiam diuturnum fore ui deretur, tamen erat quo te sustentares. Nempe in primis tua uirtute literis conscientia recte factorū, qua quidem nulla est in rebus aduersis uel uerior, uel præsentior consolatio. Nunc certissimo augu rio breui futurum spero, ut tibi de honestissimo re ditu gratulemur, omnesq; existimēt emulos tuos, qui tuam salutem extinguere credebantur, dignita tem tuam uehementer illustrasse. Id quod ego augu rium ne uanū putes, certissimis signis, partim qui dem a tua uirtute, & maximis in remp. officijs, par tim a temporum natura colligo. Eam enim in te sa- A persõa.
pientiam, integritatē, industriam, nostra respubli ca domi, bellicq; experta est, ut etsi tu pro animi tui magnitudine patria carere facile posses, illa certe ta li ciue diutius carere omnino nō queat. Cur igit̃ sic cõsutatio.
meritum eiecit inquies? Rerumpublicarum tempe states nosti, nec uulgi animos ignoras, quibus ni hil istabilius, qui procellarum in morē sursum, ac de

orsum fluctuant, nec quem cp̃ constāter, aut odisse solēt, aut amare. Ita est hūanū ingeniū, uirtutis nec præsentis fulgorē, nec absentis desyderiū ferre possimus, Præsentē, ut Flaccus ait, odimus, sublatā ex oculis querimus inuidi. Camillū uirum clarissimū, cuius in pace splendorē Romana resp. ferre nō potuit, ut afflictis in reb⁹ coacta est reuocare: nec pri⁹ cp̃ expulisset, qualem ciuem habuisset, ciuitas alioqui sapiens intelligere potuit. Itacp̃ quum absenti patriam reddidissent, & dictaturam tribuissent, imperiū quod a ciuibus deserebatur, ab exule defensum est. Socratem uirum omnium quos terra produxit optimum, concitatum temere uulgus ueneno damnauit, quem ubi desyderare cœpit ciuitas Atheniensis, repēte oīm cōuersis animis in ipso accusatores publicus est impetus factus, Socrati statuæ erectæ, Seruⁱ⁹ quidē illi, cp̃ socrati cōmodū erat respuerūt, tu nōdū ita cecidisti, quin facile restitui possis.

Exempla

Facit ueri Iā multos, quos tuus in rep. splendor urebat, desysimile. derium cruciat, factionis aduersæ qui sunt, partim amicorum precibus uicti, partim absentia tua, partim ipsa die mutati, posuerunt odium, nonnulli ad amicorum tuorum partes transfugerunt. Nemo certe est, qui non mollius oderit. Peroportune uero bellum oritur & magnum, & periculosum, & quidem cum ijs ipsis, quos aliquando tua uirtute

coercitas

coercitas meminerunt. In quo quũ uehementer reſpublica tuam operam ſat deſyderatura, in certã ſpem ducor fore, ut qui ab ingratis ciuibus fueris eiectus, a ſupplicibus reuoceris, ut non tam acerbũ fuerit eiectũ fuiſſe, q̃ glorioſũ ſit fuiſſe reuocatũ. Hẽs auguriũ meũ, qd̃ ita meũ ẽ, ut idẽ amicorũ tuorũ nẽo ñ ſperet iimicorũ nẽo ñ metuat. Quo, ſiquid addubitarẽ, ñ uterer, poti⁹q̃ illis, quib⁹ te uirũ fortẽ facile ſuſtentari uideo, quibuſq; ipſe utor quotidie, & te uti facile ſuſpicor. Optĩa cõſolatrix philoſophia, quæ ñ unũ aliqd̃ malũ ianiḃ⁹ fomẽtis lenire, ſed ad oẽs fortunæ ĩcurſus animũ armare ſolet, hui⁹, ut ita dicã, lacte quũ ab ipſis ſis ĩcunabulis enutrit⁹, quid ego ſus Mineruã, aut ululas Athenas? ſed tamẽ ꝑ tua modeſtia memorẽ te, moneri patieris, uide ut hominis felicitatẽ non in fortunæ temeritate, ſed in animo eſſe ſitam memineris. Patriam, opes, honores, cæteraq; munera ſua fortuna poteſt eripere, animum ſapientem neq; dare, neq; eripere põt. In teipſo oẽ præſidiũ tuũ cõſtitutũ eſſe cogites, ſapiẽti uiro præter turpitudinẽ, nihil acerbi poſſe accidere. Virtutẽ ſeipſa cõtẽtã, ñ e caſuũ mutabilitate pendere. Non cruciari, ſed cruciatu dignum admittere in malis eſt numerandũ. Tua te uirtute in uoluas oportet. Exilium dolet, non tu miſer qui imm eritus pateris, ſed ĩ longe miſerrimi, qui ĩmerẽ

tem eie

tem eiecerunt. Infelicius enim longe est facere iniu-
riam, q̄ accipere. Patriam ingratissimi ciues eripue
runt, animi magnitudinem, uirtutem, integritatem,
eruditionem eripere non potuerunt, nec poterunt,
At hoc ipsum dolet, qđ optime merit⁹, ab ea rep.
quam sæpenumero tua uirtute seruaris, exulas, At
istuc maximam ægritudinis partē leuare deberet,
cõfutatio. Phocion ille Athenienſis uir integritate laudatissi-
mus, quum bibiturus uenenum uxorem eiulantē,
deplorantemque, quod innocens esset moriturus,
obiurgans, stulta (inquit) nocentem me mori ma-
uis? At quod uenit ex merito leuiter lenteq̄ feren-
cõfutatio dum, quæ uenit indigne pœna dolenda uenit. Vul
gi ista sententia est, & stultitiæ plena, sapienti uero
quæ maior esse possit consolatio, q̄ ex recte facto-
rum conscientia, quæ quum aderit, etiamsi fractus
illabatur orbis, impauidū ferient ruinæ. Omne so-
lum forti patria est, ægestas, exiliū, bellum, nō ma-
la, sed materia uirtutis sunt. Crescit enim, & alitur ad
uersis rebus industria, proinde ut ilex, quæ quo di
ligentius duris bipennibus tondetur, eo latius ra-
mos diffundit, Darius se rebus aduersis prudentio
rem fieri dicebat. Ego uero ita existimo multos e-
gregios uiros non prudentiores modo, uerūetiam
clariores euasisse. Nū Herculis gloria per orbē ema
nare potuisset, nisi illi. Iuno tot monstra tanq̄ uirtu

tis ma

tis materiam obiecisset. Vlissem equidem non tam bellicis rebus, cꝫ tolerantia malorum, quibus decennium est iactatus, immortale nomẽ adsecutum puto. Cedũt ipsa interdum feliciter mala, & a superis propitijs immittuntur. Multos tibi recensere possem, quibus ita cessit exilium, ut optandum fuisse uideretur, qui quum in patria obscuri inuidiosius uixissent, apud exteros, & rẽ amplissimam, & summos honores sunt adsecuti. Claudium uirum nobilissimum a ciuibus in exilium actum Gallia excepit. Iam exul adeo locuples, claruscꝫ est, ut non modo patriam non desyderet, uerumetiam quod non ante reliquerat, pœniteat. Petrum Aliacensem Cameracum episcopum eiecit Roma, ex exule fecit cardinalem. Multa apud nostros ad gloriam uirtutis uia grassantibus obstant, æmulatio, inuidia, postremo uirtutis, & splendoris satietas quædam. Quare cum ex his rebus quas tu semper es admiratus, & in quibus felicitatem constituendam iudicauisti, nihil est, quod te de his casibus uehementer afflictes, quibus natura uniuersum hominum genus subiectũ esse uoluit, Hac enim lege nascimur, ut omnibus fortunæ casibus subiaceamus. Sic libitum est fortunæ in rebus humanis ludenti, indignos attollere, optimum quencꝫ deijcere, læta miscere tristibus. Quid autem acerbũ uideri potest,

cuius conditio cum omnibus est communis? Repete cogitatione, & ueteres, & recentes annales, Quem tu regem? quem ducem? quem clarum uirum ab hoc sæuo fortunæ ludo immunẽ fuisse cõperies? Quoties illa e domino seruum, e rege captiuum, e consule rhetorem, e triumphante exulem, ex patriæ conseruatore hostem patriæ fecit? Quid uẽ habuit Græcia Alcibiade uel generosius, uel fortius? at hic ubi splendore suo inuidiam suscitasset, ex ea rep. quam multis uictorijs illustrasset, in exilium eiectus est. Quid Phocione iustius? at hunc etiã uenenum bibere coegit. Quid Socrate castius? at huic sua uirtus exitium attulit. Quid de Scipione dicam? quid de Bruto? quid de Catone? quid de Cicerone? qui ea rep. carere compulsi sunt, quam magno suo periculo ipsi seruassent. At quanto animo sapientissimi uiri ciuium iniurias tulerunt? Nimirũ intelligebant uirtutem suam, & gloriam bene gestis partã, nõ in ingrata patria residere, sed una in exiliũ comitari. At frustra suã operã in ingratissimos ciues contulerãt, Minime. Quid ita? Quia non ut in patria senescerent, ea pericula susceperant, sed ut æternam sibi famam compararent. Exules tamen erant, Minime. Quam ob rem? Eam enim pro patria habere desierant, in qua talibus uiris locus non esset, Vbicũq; bene sum⁹, in patria sumus. Quare

non

nõ magno eius desyderio tenebãt, ubi min⁹ tute, q̃ꝫ in exilio uiuendũ intellexerant. Numidico Metello qui ob suã animi constantiã eiectus erat, quũ in spectaculo sedẽti, literæ reuocationis redderẽt, ne aperiẽdas quidem putauit, ante q̃ꝫ ludi finirent. Et Metellus quidẽ Roma negligenter plane carebat, sed Metello Roma carere non potuit, Quã ob rẽ non poterat? Quia cuius præsentis animi magnitudiẽ ciues inuidi cruciabãt, ei⁹ absentis industriã requirebãt. Ille uero exulẽ se esse nõ meminit, nec afflictũ quidẽ, nec miserũ putabat. Cur ita? Nimirum persuasum habebat eos, qui rẽ exilio dignã admitterẽt, miseros esse, eos uero, qui ob uirtutis inuidiã exularẽt, nõ supplicũ, sed gloriæ materiã accepisse. Secũ γνώμη.
dis enim in rebus animum magnum obtinere nõ magni negocij est, At seuiente fortuna animo non infringi, æquabilem mentis statum tenere, id uero longe pulcherrimum putatur. Tu uero quum sis Collectio
istis uiris neq; rerum usu, neq; animi magnitudine inferior, literarum peritia etiam superior, si renuos gubernatores debes imitari, qui quum maxime aduersa tempestas incumbit, tum minime a clauo discedunt. Neque enim magni artificij est, tranquillo mari uentis que ferentibus, rectum tenere cursum, sed egregium nauclerum tempestas arguit aduersa. Et quoniam mare ingressis, uen- Translationes.

ti in manu non sunt, ijs, qui contigerunt æquo animo uiuẽdum erit, Adde fieri nonnunq; ut uenti nimium secundi plus periculi adferant, q; aduersi, coguntur q; plus æquo turgentia uela, contrahere. Rebus enim plus satis ex sententia procedentibus, facile præcipites in exitium ferimur, aduersis uero, ut cautiores diligentiores q; ita tutiores nonnunq; sumus. Quapropter cordatis uiris fortunæ fauorẽ semper suspectum fuisse uideo, quæ tum maxime insidiatur, quum blanditur maxime. Hijs ego te rationibus facile confirmassem, q; q; quale est Herculem uelle consolari? nisi iam certa de reditu tuo spes omnium tuorum animos obrueret. Tu fac ut uirtutem tuam domi, bellicq; spectatam in ista interim palestra parem obtineas. Mihi liberorum tuorum negotia tantæ sunt curæ, ut ne tibi quidẽ ipsi maiori esse possint, Vale.

Fragmentum. Quapropter caue, ne cõtrahas, aut demittas aĩum, neue obrui, tãq; fluctu sic magnitudie negocij sinas, cõtraq; erigas, ac resistas, siue etiã ultro occurras negotijs, Nullus dolor est, quẽ nõ tẽporis longinquitas minuat, atq; molliat, & cui non callum obducat. Homines nos esse meminerimus, ea lege natos, ut sub telis fortunæ proposita sit uita nostra, Neq; esse recusandum, quo minus ea, qua nati sumus cõditione uiuamus, Neue tã grauiter eos casus feramus,

mus, quos nullo cõsilio uitare possumus, Euentisq; aliorum memoria repetitis, nihil accidisse nobis noui cogitemus. Homines sapientes turpitudine, non casu, & delicto suo, non aliorum iniuria commoueri debent. Conscientiam rectæ uoluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarũ, nec esse ullum magnum malum præter culpam memineris. Te ne sic angi? sic animo iacere? Quorsũ tandem attinet, ut te afflictes? ut te lachrymis conficias? an ista malum lenient? an nõ potius augebũt? Quorsum tam misere deplorare, quod mutari nõ potest? Vbi nunc est illa animi tui constantia? ubi literæ, quibus aliorum dolorem leuare consueueras? Alijs mederi potuisti, tibi nihil ꝓdes? Cur frustra & teipsum lachrymis & amicos querelis exanimas? Quæ est ista animi impotentia? Quæ mollicies? Num te uirũ esse oblitus es? Ita grauiter fers? quasi uero ista tibi uni contigerint, aut tanta sint, ut alijs non multo etiam acerbiora euenerint? Quid uel tuo animo, uel doctrina indignius, q̃ sic angi, sic frangi, sic teipsum abijcere, quo modo nec mulier quidem ulla posset? Neq; enim uideo, quem fructum adferre possint inanes lachrymæ, & querimoniæ. Nam si eiusmodi malum iudicas, ut ad salutem reflecti nequeat, cur luctu duplicas incommodum? Si spes est, cur nõ ea potius te sustentas?

atque id agis, qua ratione quam primum exiſtis malis queas emergere? Si deſperas, memineris Plautinum illud, in iſtiuſmodi conditione animum dimidium eſſe mali, Sin ſperas, cur perinde tanquam in re deſperatiſſima te maceras? Audio te tam grauiter angi, ut ex luctu, mentis etiam errore afficiaris, deum immortalem quid tibi uis? Quin tu potius obduras, ac ſeruas te rebus ſecundis? Cur tu & amicis luctum auges? & inimicis uoluptatem præbes? & teipſum indigne conficis? Tu contra audentior ito, quo tua te fortuna ſinet. Ducunt fata uolentem, nolentem trahunt. Tu dum iſta te conſcientia, iſte animus, iſta uirtus, iſtæ literæ, iſta rerum geſtarum memoria te comitabitur, caue te putes exulem ubicunque locorum, quocunque ſub cœlo erit uiuendum. Sed quid ego ſus Mineruam? Facit ſane non ioquacitas mea, ſed beneuolentia longiores epiſtolas, Vale.

Thema iocoſæ cõſolatiõis. Iocoſa cõſolatio.

Compotorem ſuum, qui ex nocturna potiuncula, & puellæ congreſſu in languorem incidit, ſuus congerro conſolatur hoc pacto: O te Herculem, laces uir tantus exiguo uillo ſuperatus? Nã de puella tã molli (ita dij me ament) pudet tuo nomine, Succubuiſti ſuperior. Me ſolebas contemnere

temnere,& semiuirum ferox appellare, quem ego te uicissim uocabo? Herculem? Sed ab Omphale prostratum. Desine mihi post hac tua iactare facinora, aut te pugnæ quam primum restituas, Vbi nisi acceptum pudorem summa uirtute resartias, pro Hercule Sardanapalus appellaberis. Ita decreuit senatus, quem nosti non antè solis occasum solui, ut Romanum illum olim, sed post conditum solem incipi solere. Iam acies instructa est, iam rauco sonuerunt cornua cantu. Omnes compotores te expectant, ducem requirunt, Illa uictrix animosa te prouocat, tu fac ut pristinæ uirtutis memineris, Si mature redis, nec uictus quidem uideberis, ut qui uulnus dederis, acceperis nullum, Hi iocisi morbo tuo mederi non poterunt, nec pharmacum quidem ullum poterit,

Vale.

DE PETITORIA EPISTOLA.

Irem magni momenti petere constituimus, omnes rationes quas in suasorio genere ostendim⁹, oportebit adhibere, Vt eius a quo petimus beneuolentiam conciliemus, Vt rē facilē, honestam, necessariam ostendamus. Erit autem tū prudens, tum simplex omnis petitio nostra. Si qua in illum sunt merita, ea summa cum dissimulatione significabimus, dicemusq; cui sumus deuinctissimi, ei nos uelle fieri deuinctiores. Fiduciam quoq; summam ostendere profuerit. Narratio erit artificiosa, & ad persuadendum accommodata. In fine magnifice pollicebimur gratiam nos habituros, & relaturos, Omnia nostra illi dedicabimus, ac deferemus. Obsecratio quoq; si res tanti uidebitur, non erit omittenda, Si quid obstabit, id diligenter dilue mus. Exemplum, Improbum fortasse alijs uidebitur, pater amplissime eum a quo tantum beneficiorum acceperim, quantum ne sperare quidem unq; sum ausus, rursum nouis precibus solicitare. At ego ingenui, minimeq; ingrati animi existimo, cui multum debeas, ei multum uelle debere. Cui enim extremas fortunarum mearum partes acceptas referre cupiam, nisi eijpsi cui primas, cui medias debeo? Quid enim Erasmus esset, nisi te tāq; numē quoddam

Exemplū epistolæ petitoriæ

dam ꝓpicium nactus eſſet? Tu me puerum, ob neſcio quam in me uirtutis indolem, Præterea forſan ſe, quod putabas meas literas tibi aliquãdo uſui futras (utinam tuam de me uel exiſtimationem, uel expectationem non omni ex parte uiclear fefelliſſe) adoptaſti. Nec ſemel cõplexus unc̃ꝫ fouere, iuuare, ornare deſtitiſti. Itaque ſiquid hodie in me uel uirtutis, uel bonarum literarum, uel dignitatis eſſe putat, id omne tuæ paternitati debeo. Sed duo mihi reſtare uidentur, Vt & tu opus tuum pulcherrime cœptum, perficias, & ego efficiam, ne nullum tantorum in me beneficiorum fructum cœpiſſe uidearis. Quod utrunc̃ꝫ ut fiat, & ego maximopere cupio, & tibi in manu eſt, Eadem opera & tu me alumnũ beaueris, & eo in loco collocaris, quo multis in rebus tibi uſui eſſe poſſim. Poſt diuturnos, ut ſcis in literis theologicis exhauſtos labores ad Calendas Maias doctoratus inſigni ſum donandus, quam quidem profeſſionem paulo ſplendidius uitæ genus decere, non ignoras. Præterea hactenus amplitudini tuæ ſum tui fui, æquum eſt, ut aliquãdo ſim & uſui, & dignitati. Iam uero hoc ipſo tempore uacat epiſcopatus Senenſis, nõ maximus quidem ille, ſed meo conſilio commodiſſimus, tũ qd' & in tua ſit patria, & a mea non ita multũ abſit. Habebis, qui tuorum, tuaque illic negocia perinde Narratio

curæ sit habiturus, ac si sua essent, Nec me latet q̃ potentes sim competitores habiturus, nihil me terret, modo tu uelis, qui unus plus cæteris omnibus potes, mihi patrocinari. Quid enī tu audeas a summo pōtifice petere, quod ille cunctetur præstare? Quare si me non temere adoptasti, si qua unq̃ ex parte, tuo de me iudicio respondi, si me uirum gratum existimas, fac ut hic episcopatus mihi tribuatur. Id ego abs te & diligentius, & pluribus uerbis contenderē, nisi uererer, ne de tua humanitate, quā ego semper in me propensissimā sum expertus, diffidere uiderer. Ego uicissim modis omnibus enitar, ita me eo honore dignum præstare, ut neq̃ te noui huius in me muneris pœniteat, & ueterū tuorum erga me beneficiorum fructū aliquem percipias, Vale.

De Cōmendatitia epistola.

HVic finitimum est Commendatitium genus. Quū enim cōmēdamus aliquem, nouū quidpiam petimus. Quare eisdem fere rationibus erit tractandū. Hic tres erunt consyderandæ personæ, Nostra, eius cui scribimus, & eius quem commendamus, Postremo loco res ipsa cuiusmodi sit, erit inspicienda. A nostra persona persuadebimus, si causas, a quibus ad hunc commendādum

A nostra persona.

fuerim⁹

fuerimus commoti, iuſtas, magnas, plurimas te oſtendemus, uel quod de noſtris, aut nobiſipſis ſit benemeritus, uel quod nobis cum ipſo, aut noſtris cũ illius maioribus uetus, & coniunctiſſima familiaritas interceſſerit, aut hoſpicium, uel quod ſanguine propinquus, patria, ſtudijsue cõiunctꝰ, affinis, aut alioqui charus, & commendatus, uel ita de nicꝫ hominem deſcribemus, ut ob modeſtiam, probitatẽ, eruditionem, integritatem, humanitatem, nobilitatem dignus ſit, qui cum omnibus bonis, tum illi in primis debeat eſſe cꝫ commẽdatiſſimꝰ. Siqua uero uel noſtra, uel illius quẽ cõmẽdamꝰ, maiorũue eiꝰ in alterũ merita præceſſerũt, ea ſumma cũ modeſtia ſignificabimꝰ, extenuãtes quidẽ ipſa benefacta, benefaciendi aũt animũ amplificantes. Vehementer cõmendationẽ iuuabit, ſi eũ quẽ cõmendamꝰ, de eo eui cõmendamus cꝫ optime & ſentire, & prædicare dicemus. Non poſſumus enim non beneuolentia quadã cõmoueri erga eos, quibus nos citra aſſentationẽ intelligimus eſſe admirationi. Quare ſcite Iſocrates præcipuum amicitiæ conciliandæ initiũ demõſtrauit, ut abſentẽ laudemus, apud eos, quos remuneraturos ſuſpicemur. Si utriuſque noſtrum ſummã de eo fiduciã uerisimiliter aperiemꝰ, ſolicitudinẽ nidelicet quandam inijciamus oportet, ubi eiuſmodi hominem omnem ſpem ſuã in eius unius

Perſõa cõmẽdati & eiꝰ cui cõmẽdamus.

humanitate repoſuiſſe intelliget, nullius præter ſuã unius opem implorare uoluiſſe. Et a Perſonis quidem hoc modo commendationem tractabimus. A Re commendabimus, ſi eam facilem illi duntaxat, cui commendamus, monſtremus, ſi honeſtã, ſi utilem probabimus. Tũ ſi eiuſmodi erit, ut ex ea ad patronum aliquid laudis, gratiæ, autoritatis, aut emolumenti uenturum uideatur, id accurate admonebimus, ſi eodẽ beneficio cẽ plurimos deuincturũ dicemus. Deinde obſecratione uti licebit. Poſtremo loco & noſtro, & commendati nomine pollicebimur illum gratum, & memorem futurum. Nos eodem beneficio, perinde ac ſi in nos eſſet collatum, perpetuo deuictos fore. In calce mutuam operam, & ſtudium deferemus. Conſtat igitur epiſtolam commendatitiã ex duobus miſceri generibus, Suaſorio, & Demonſtratiuo. Quum enim euũ, quem commendamus, cũ laude deſcribimus, in Demõſtratiuo genere uerſamur, quum rem ipſam aut honeſtam, aut facilem oſtendimus in Deliberatiuo. Sed breuis debet eſſe commendatio, neq; nimis accurata, Præſertim ſi ad eum ſcribimus, cui ſumꝰ uehementer commendati, Teſtimonij enim pondus habere debet, potius cẽ diſputationis ſpeciem, huius gèneris exempla, quum apud Ciceronem ſint plurima, tamen illa epiſtola, cuius initium eſt, Nõ

Are.

Breuis hꝰ generis cõpræhẽſio.

dum

dum erat auditum, uniuersum commendandi artificium una complectitur.

Hermannus theologus Andronio Bolano antistiti S. D. Quanq̃ mihi Dionysij mei fortunæ maiori propemodum, q̃ meæ ipsius curæ essent, Presul humanissime, idq̃ non modo propter uetustissimam, arctissimamq̃, quæ cum eius familia fuit, necessitudinem, uerum etiam propter admirabilẽ hominis & modestiam, & probitatem. Tamen eũ tibi pluribus uerbis commendandum non putaui, ne uel de nostra amicitia, uel de hominis uirtute parum fisus uiderer. Id enim nostra necessitudo, qua nihil arbitror inueniri coniunctius postulare uidetur, ut quemcunq̃ beneuolentia complectendum statuissem, idem quoq̃ & charissimus, & q̃ commendatissimus debeat haberi. Tãta rursum est hominis tum probitas, tum modestia, tum eruditio, ut uel citra meas literas, cum optimo cuiq̃, tum tibi eiusmodi uirorum amantissimo non possit non esse quam commendatissimus. Et si nõ parũ utrunq̃ noui, præsertim quod ubi ipsi cum patre huius, uiro, ut scis, omnius qui fuerunt gratissimo uetus hospicium fuerit, non eguit quidem ille nostra commendatione, quanquam commẽdari plane uoluit, & uni adeo tibi uoluit. Mirum enim dictu fuerit, quantum fiduciæ in tua unius humanitate reposue-

Exemplũ epistolæ cõmẽdatiæ.

rit, q̃ amanter de te & loquatur, & sentiat. Neque enim quæ mẽti essent diuersa, loqui cõsueuit. Nec errat mea quidem sententia, Cui enim obscurũ est quantũ pro tua autoritate, & apud illustrissimum principẽ, & populũ ualeas? Tũ quantũ studiosis uiris semper fauerit tua paternitas sæpe maiorũ suorũ, nunc mea prædicatione didicit. Res est aũt eiusmodi, ut tibi non multum negotij, huic plurimum sit commoditatis allatura. Debet huic abbas Syrus ex agris nescio quibus, iam multorum annorũ fructus, homo, ut scis, & pecuniosus, & calumniosus, Cuius quidem prædecessores, sine ulla controuersia constanter soluerunt, Hic simulatq; insatiabilem habendi sitim una cum mitra est adsecutus, debitũ inficiatur, in ius, imo potius in iniuriam uocat. Pudet dicere quas Protheus ille optimo adolescenti calumnias nectat, q̃ astutas elabendi uias quærat, hominem nosti. Quod quidem cũ semper molestũ esse debeat, quod iniquum, tum hoc tẽpore Dyonisio meo ĩcõmodissime sane obijcitur, tum negari pecuniam quum ea demum esset opus, Ad pascha enim erat doctoratus insigni decorãdus, est autem utriusq; iuris cõsultissimus. Vide autem q̃ iniquũ sit huius Crœsi calumnia studiosissimum iuuenem in medio studiorum suorum cursu, ad iniustas lites

Narratio

uocari

uocari, & iam multis ſudoribus promeritum honorem pene manibus extorqueri. Rem iam partim ex me cognoſti, reliqua ex ipſo coram agẽte diſces. in te uno utriuſq; noſtrum ſpes ſita eſt. Quare te per noſtram beneuolẽtiam, & paterni hoſpitij memoriam, & per ipſam iuuenis tui obſeruantiſſimi conditionem, maiorẽ in modum oro, ut ei in cauſa æquiſſima præſidio uelis eſſe, Abbatem iſtum hodie uel autoritate, uel metu ad ſoluendum cõpellas, a litibus, quibus maxime paſcitur, deterreas. Et tametſi magna & multa ſint tua in me officia, hoc tamen ita mihi erit, ut pro omniũ ſummo ſim habiturus, Apud iuuenẽ ita beneficium collocaris, ut nunquam antehac apud quenquam rectius, bene Vale. Obſecratio.

De Monitoria epiſtola.

MOnitoriæ epiſtolæ duplex eſt officium, Et uitium, ſi quod mutari uolemus, docte iudicare, & quæ ſint agenda, ea neſcienti, tanquam ſcienti oſtendere, Et quoniã uix quiſq; æquo aĩo ſua diſcit uitia, ideo repræhẽſionis acerbitatẽ laude mitigabimꝰ. Multa ĩ eo eſſe egregia dicemꝰ, Nõ paſſuros nos,

nos, ut tot uirtutes unius uitij ueneno obscurentur. Deinde ipsum uitium uel ab ætate, uel ab imprudẽtia extenuabimus, uel maximis quoq; uiris id fuisse ostendemus, aut certe ipsum quidem esse mutandũ, sed tamen ab animi liberalitate, aliaue uirtute, profiscisci, haud magno negotio mutari posse. Nos hæc præcipuo in illum amore scribere dicemus, alijs nõ idem facturos. Orabimus, ut pari libertate in nos utatur, nisi minus amet. Id enim propriũ amicitiæ munus, & similia, quæ ad hanc sententiam pertinebunt. Quod si tyranno, regi, aut alioqui potẽti scribimus, cuius aures nullam omnino sint reprehensionem admissuræ, eum falso laudantes reprehendemus, quum enim multas in eo uirtutes prædicamus, a quibus est alienissimus, quum item in alijs quædam abhominanda execramur uitia, a quibus illum immunem esse dicimus, tacite admonemus agnoscentẽ quid mutare, quid sequi debeat. Hoc equidem consilio laudationes illas principum repertas fuisse auguror, ut sub laudis specie, suorum uitiorum sine offensa, sine pudore admonerentur, alioqui quid ea assentatione fœdius? Vbi uero sine reprehensione quid agendum sit, ostendemus, autoritatem quandam nobis constituamus oportet, sine eius quem monemus iniuria. Idq; uel ab ætate, qua illum longe præcedimus, uel a multarum re

rum

sum usu, qui in eo tantus per ætatem nondum esse potuit, uel a diuturno studio, in quo nos sum⁹ plurimis annis uersati. Illuc nũc ingrediendum. Pollicebimur nos amantissime simulq; fidelissime cõsulturos, Demum gratiate quadam sermonis, quid quo modo fieri conueniet, ostendemus, Crebras sententias adferemus, Autorum dicta citabimus, laudem admiscebimus, Breuib⁹ clausulis utemur, Rationes nonnunq; apponemus. Huius præcepti unculæ accuratissimum exemplum qui quærit, legat eam Ciceronis ad Q. Fratrem epistolam, cuius hoc caput est, Etsi non dubitabam, quin hanc epistolam, Præterea & Hieronymi de honestate clericorum, & Senecæ epistolæ, & eorum libri qui de recte uiuendo scripserunt, facile nobis hoc in genere omnia suppeditabunt. Nos demostrandi gratia exemplum qualecunq; subiiciemus.

Exemplũ epistolæ monitoriæ.

Quoniam ex Italia reuersus inter tuos uiuere decreuisti, eritq; tibi & pro tua eruditione, & natalium splendore, & uitæ dignitate in omnium oculis summa cum expectatione uiuendum, oras, ut senex iuueni optimam quandam uiuendi formam commonstrem, quo possis & maleuolorum reprehensionem effugere, & optimi cuiusq; iudicio probari, denicq; & animi tranquillitati, & corporis ualetudini consulere. Incredibile dictu est, quantum tã

nunc ista animi tui maturitate delectet, qui iuuenis adhuc, ea quæ senes plerique negligimus, mediteris. Optima, inquit Cicero, elt uitæ eligenda ratio, quã iucundam reddet consuetudo. Quare quanq; singularis tua & eruditio, & præmatura quæ dã animi magnitudo, monitore nõ egeat, Tamen qtiantũ ætate, qua sola te uincimus, quantum longo rerum usu, qui prudentes efficere solet, quantum multorum annorum studio conlequi potuimus, institutum q; optimum præscribemus. Quod & ueterũ plerosq; uenisse uideo, me quoq; quantũ potui, secutum esse gaudeo, nec te quidem secutũ fuisse pœnitebit. Principio quod semper fecisti, eum animũ indue, qui nihil acerbum, nihil durũ existimet, qd' sit honestũ. Qui nullo uel mœtu deterritus, uel spe captus, ab officio deflectatur. Quam optimos tibi adiũgito. Malos ne lacessito. Tua ne iactes. Aliena ne carpas. Pac qutm omnibus sis anteferendus, ipse te præferas nemini. Amicum ita ames, eanq; aliquã do olurus inimicum ita oderis, tanq; olim amaturus. Cum bonis, officijs certa, Nemini adtersetis, Omnibus te affabilẽ præbeas, Domi hilaris, foris compositus, Nemini tua arcana cõmittas, memor quam fallax sit multorum amicitia, Beneficium adferlibenter, inuitus suscipe. Morositatem imprimis fuge. Officiorum diutissime memmisse oportet,

Docet agenda.

ret, iniuriarum facile obliuiſci. Gloriam ſi contemnes, ultro te ſequetur, ſin ſequeris, fugiet ſequentẽ. Nihil ſit tibi tempore ſumptuoſius. Diem in operas partire. Ieiunus ſtude, aut ſcribe, pranſus hilariora quædam agito, ceſſa nunq̃s. His rationibus ſi diligenter uteris, & animi tranquillitati conſules, & charus quã plurimis, nemini odioſus eſſe poteris. Corpus uero moderatis agitationibus exerce, ne uel ignauia torpeſcat, neue imodicis laboribus frangatur. Cibus ſit temperatus, & tempeſtiuus, prande liberalius, cena parcius, potus non quantum libidini, ſed quantum naturæ ſatis eſt, ſume. Vale.

De Amatoria epiſtola.

AMatoriæ epiſtolæ non omnes eodẽ in genere uerſantur. Aliæ enim petunt, Aliæ expoſtulãt, Aliæ queruntur, Aliæ blandiũtur, Aliæ purgant. Quare commode de his antea præcepi nõ poterat. Huius generis duas ſpẽs nõnullos feciſſe uideo, Honeſtã, et Turpẽ. Nos honeſtã, cõciliatoriã appellamus, alterã amatoriã. Cõciliatoria eſt, qua nos in beneuolentiam antea ignoti inſinuamus. Eam ſic inſtituemus, Principio cauſas, quibus ad

eum conciliandum ſumus accenſi probabiliter exponemus. Id quanquam citra aſſentationem fieri nequit, tamen aſſentationis ſuſpicionem accurate amouebimꝰ, Deinde ſi quid in nobis erit, quod illũ ad nos mutuo amandum prouocabit, id ſine arrogantia ſignificabimus, hoc modo: Sauteranus Fauſto S.D.P. Tua carmina quæ paſſim apud nos incredibili omnium admiratione leguntur, iam pridem me accenderunt, ut in amicorum tuorum numerum adſcribi uehementer arderem. Neq; enim diuinam modo ingenij quandam uim, uerum etiã probitatem, modeſtiamq; præferunt. Incitauit me currentem Eraſmus, qui perſæpe mecum, & amantiſſime, & facundiſſime de tuis moribus collocutus, ultro etiam hortatus eſt, ut ad te ſcriberem, te eum eſſe, qui non ſolum oblatas amicitias diligenter coleres, uerum etiam ſponte tua ſoleas alios prouocare. In te quidem quum omnia ſumma, ac diuina ſuſpiciam, de me nihil adfirmare poſſum, niſi hoc unum, Nempe traditurum me tibi hominẽ tui obſeruantiſſimum, parum quidem eruditum, eruditorum tamen candidiſſimum admiratorem, & prædicatorem, ſimplicem, ſimulandi, ac diſſimulandi iuxta ignarum, pertinaciſſimum amicorum cultorem, re quidem parum fortunatum, ſed animo beatiſſimum, liberum, apertum, facilem, denique tui

Exemplũ epiſtolæ conciliatoriæ.

que tui cupidissimum. Hunc si tu uicissim amplecti potes, uel ob hoc ipsum, quod te tam perdite amat, face eum in tuum gregem recipias. Quod si feceris, rem palmariam me hodie arbitrabor adfectum. Tu porro, ut cæteris rebus omnibus superes, non committam, ut amoris magnitudine tibi concedam. Vale, ac nos ama. Quod si puellæ animum ad mutuum amorem sollicitabimus duobus potissimum arietibus utemur, Laude, & Misericordia, Laude enim cum omnes homines, tum puellæ in primis gaudent, potissimum autem a forma, in qua summum bonum constituunt, Tum ab ætate, moribus, genere, cultu, & rebus cõsimilibus, Deinde quod molli sit animo id genus, & facile ad misericordiam commouetur, cp̃ maxime supplices uideri studebim⁹, Quæ illius sunt, uehementer amplificabimus, nostra extenuabim⁹, Summum amorem, cum summa desperatione ostendemus. Nũc lamentabimur, nunc blandiemur, nunc desperabimus, nũc rursum nos ipsos callide laudabimus, pollicebimur, exemplis utemur illustrium, & honestarum mulierum, quæ ingenuo amori indulserũt, Et suis quidem fortunis longe inferiorem amorem nostrum conabimur ostendere, Deide cp̃ uerecundissime orabimus, ut sic amantem redamare neutiq̃ indignetur, Saltem amari se citra incommodi æquo

De amatoria præceptio.

animo ferat, quod niſi impetremus, decretũ apud nos quoquomodo crudele abrumpere uitam. Exemplum huius præceptionis ab Ouidio, cæteriſq; poetis petemus.

DE DEMONSTRATIVI GENERIS EPISTOLIS.

GEnus Demonſtratiuum raro quidem per ſe adhibetur, frequenter autem in alijs generib⁹ incidit. Exempli cauſa, Si quem commendare nitimur, in perſonæ demonſtranda laude uerſari neceſſe eſt. Præterea in criminatione, defenſione, inuectiua, & conſimilibus generibus. Quod ſi cui ſuademus, ut in aliam urbem, aut uillam commigret, demonſtratione eius loci faciem ante oculos ponemus. Quoties autem per ſe adhibetur, totum eſt ad delectationem accommodatum. Quare ut in pictura, ita in demonſtratione conueniet adhibere ſermonis uarietatem, uerborum apparatum, exornationum feſtiuitatem, annominationes, membra, comparia, contraria, uerba poetica. Si perſonã deſcribimus, ut regis, reginæ, principis, alteriuſue, ei cui ea ſit ignota, rhetorum ſuper hac re notiſſimas

Deſcriptio perſonæ.

pre-

preceptiões ignorare nõ oportebit. In epistola satis erit uultus, totius q̃ corporis habitũ, figurã, gestũ, motumq̃ tanq̃ pictura exprimere, deinde ad animi, fortunæq̃ cõmoda ueniemus. Quod satis luculenter à rhetoribus præceptum, neq̃ cognitu difficile, prudens prætereo. Si locum quempiam describimus, perinde ac si hominẽ manu in eum duceremus, Primum tanq̃ procul intuenti uniuersam loci faciem cogitationi subijciemus. Situm tãq̃ depingentes, describemus, num in ædito, an decliui. In plano, an monte, nemoroso, an sectis, quo flumine, mari, aut lacu alluatur, aut cingatur, quantum passuũ in longum, in latum, in ambitum contineat. Hic consyderatis cœli plagis, quem prospectum, quas urbes, quos agros, quos montes, quæ nemora in unamquamq̃ partem, quo sole illustretur, quibꝰ uẽtis trudat, cui cœli portiõi subiaceat, cuiꝰ modi cœlũ habeat, salubre, an pestilẽs, amœnũ, an secꝰ. Deide tãq̃ ꝓpiꝰ accedẽtes singula accuratiꝰ ostẽdemꝰ. Et ut quidq̃ aduenientibꝰ, sese cõsueuit offerre, ita primũ exponemus, Si uillã, aut amplũ ædificiũ demonstrabimus, à primo ingressu exordiemur, Cuiusmodi atrium, quantum, quo lapide, quot habet cubicula, & in quam partem uergentia, quem in unamquamque partem habeat prospectum, Deinde aream, uestibulum, penetralia, conclauia,

Loci descriptio.

Vrbis & ædificij descriptio.

triclinia,

aridinia, breuiter totum edificium lustrabimus, situm uniuscuiusq; rei sine confusione exprimentes, ut is qui legit, eum locum uidere se oculis putet. Si flumen, aut lacus erit, q̃; amplũ, q̃; rapidũ, quo colore, unde nascatur, unde augeat, qua præterfluat, quo influat, diligenter exponemus, quos sinus faciat, quas insulas, quos agros, quæ nemora irriget, quod piscium genus, quæ piscandi, ac nauigiorũ forma. Si ager erit, quid ferat, quantũ, quo ritu colatur, cuiusmodi cultores, quod arborum genus, cuiusmodi uinũ proferat. Si mons, a radicibus usq; ad cacumen omnia diligenter perlustrabimus. Vocabulorum idoneorũ uim ex eorũ libris, qui de situ orbis latine scripserunt, quicq; de architectura, facile comparabimus. Et incidit hoc genus persæpe, qui peregrinantes ex itinere de nouis reb⁹ transcribimus. Si quem locũ insignẽ, principẽ nobilẽ, si qd animal inusitatũ uidimus, id his rationibus summa cum legentis uoluptate describemus. Loci describendi exemplum erit: Tusculorum, ac Laurentis apud Plinium, & alias descriptiones crebre apud poetas, historicos, &c. Si genus hominum describemus, a corporum descriptione exordiemur, deinde ad uestium genus, ad animorum habitus ueniem⁹. Postremo uiuendi ritum omnẽ ante oculos ponemus. In hoc demum genere, siue laudemus,

Fluminis aut lacus descriptio.

Agrorũ descriptio.

Mõtis descriptio.

mus, siue uituperemus, Exornationem, quam Notationem appellat Cicero, scite adhibebimus. Itaq; de hoc genere hæc præcepisse sat erit.

DE IVDICIALIS GENERIS Epistolis, & primum de Criminatoria.

I quẽ accusare uolemus, & causæ statum, & confirmationes, confutationesq;, argumentandi rationes, & quibus rem ueri similem, & dissimilem facim⁹, quibus exaggeremus, quibus extenuemus, ea omnia ex rhetorum præceptis percepta habere conuenit. Neq; enim alio artificio epistola scribitur, q̃ oratio. Tum quum in epistola breuitas esse debeat, & singulos locos prosequi nõ liceat, ea quæ potissimum ad rem spectant, excerpemus, multa in suspicione relinquemus. In Criminatoria igitur epistola ab abrupto principio conueniet exordiri, quo statim & nostrum dolorem, & rei atrocitatem indicemus. Id erit, si uel a quæstiõe, aut dubitatione, aut alioqui figurata oratione initiũ capiemus. Deinde rem uerisimiliter narrabimus, argumentationes, & amplificationes eidem breuitatis causa admiscentes. Deinde epilogũ, aut aliquid

Exemplũ epilogi loco ſubijciemus. Exemplum, Pudet me, ita me deus amet, princeps iuſtiſſime, de mei hoſpitis, tui ciuis inſigni contumelia queri, Quid autẽ dixi contumeliam? Nõ occurrit uocabulum, quo rem atrociſſimam ſatis digne explicẽ, nec ꝙ ulla tragœdia nephario ſceleri par inueniri poterit. Quod ubi acceperis, quæ tua eſt æquitas, innocentiaq́, & meæ conditionis miſereſcet, & ciuis tui uehemẽter pudebit, ſi tamen eiuſmodi nebulones pro ciuibus tuis ſint habendi. E tempeſtate illa, omniũ quas uel uidimus, uel audiuimus, ſæuiſſima, quæ pridie Id. Octob. ſexaginta onerarias naues omnium mercium genere refertiſſimas in ſinu Adriatico oppreſſit, Varus Saxonius inter multa hominũ millia, quæ naufragio periere, ſolus, aut certe cum perpaucis, emerſit, homo omnium quos terra ſuſtinet, impiſſimus. Credo uel in meam perniciem a laribus iratis ſeruatũ, uel certe quod maris elemẽtum peſtem talem, ſub tartara potius præcipitandum, exhorruerit, Excepi hominem nudum, egentem, ſqualidum, cõfectum, ſeminecẽ. Cur, inquies, tale portentum in domum tuam uocabas? Irato ge-

Narratio

nio, diſs iratis, mente leuæ, Mouebat me hominis miſeranda conditio, & eo magis, quod ipſe eiuſmodi calamitatis rudis non eſſem, Perpulit multorum commendatio, hortabatur patria, quam ego non ſe-

Veriſimile facit.

cus ac

cus ac meã ſemper ſum amplexus, Vincebar ſimu lantiſſimi nebulonis, probitatis ſpecie quadam, oratione, lachrymis, ipſa canicie deniqꝫ. Quid ego hic commemorem, quæ mea in illum comitas, libe ralitas, hoſpitalitas? In interiorem familiaritatem ad miſi demens. Omnes fortunas communes feci, fa miliam, & rem domeſticam eius manibus concre didi. Ita duos ferme menſes apud me eſt humaniſſi me habitus. Hic ego Plautinum illud nimium ue rum eſſe ſum expertus, non minus eſſe periculum malis benefacere, quam bonis male. Nam ille bo nus uir repente ex hoſpite prædo, ex ſene factus eſt ſtuprator, Cum familia domeſtica dam rem habuit, ac grauidam mihi reliquit. Indignum faci nus clamabis, ſcio, Sed mane, nõdum tragœdiæ au diſti argumentum. Quum iam fœdiſſimam fu gam conſtituiſſet, ſacratiſſima ea nocte, quæ Chri ſto eſt natilis (uide, ut ſcite ſceleris artifex tempus elegerit) quum iam uxor cum reliqua familia eccle ſiaſticis uigilijs operam daret, me præter morem, & illo inſperate domi relicto, eo quod ſubito dolo re correptus eſſem. Iam intempeſta nocte in proxi mo filiæ cubiculo ſtrepitum audio, neſcio quem, deinde ſtridorem, tanꝫ ferro effringentis, Miror quid ſit, puerũ excitũ, iubeo uiſere, offendit hon i-

nẽ, mentitur se ab uxore missum, ut praeculas, quas filia reliquerat, adferat. Paulo post clariori etiã strepitu exit. Post horam fere uxor anhela domum accurrit, percontor, ait filiam inter frequentem turbã e suo comitatu dilapsam nusquam apparere. Oboritur utrique certa suspicio, mihi quidẽ e strepitu, uxori uero multo amplius, quod cũ aliquoties antea furtim cum ea confabulantem comperisset, tum ea nocte, nescio quid cõsusurrationis animaduerterat, Mihi quoque quot res coniectare facere poterãt, nisi talpa caecior fuissem? Pallebat mihi canus amator, macies uultum obduxerat, At ego illum aqua maris, non igne senili pallere putabam. Cubiculum ingressi, scrinium effractum offendimus, arma reliqua sublata, & quidquid uestium, & pecuniæ, & anulorum, ut quidlibet occurrerat furto, fugaque commodissimum. Quid facerem & spoliatus, & hospes, & plusquã orbus pater? Et nox, & hiems, & solitudo urbis, denique & ipsa dei religio prædoni fauebat. Hic animi mei curas facilius fuerit tibi existimare, quã mihi narrare, Ciues aliquot egre cõtraho, exilio, percontor, uestigo, audio una cum puella conspectum, uia quam obliquam uulgo nominant, suffarcinatum, & admodum properantem intelligo infelix. Itum est ad portum, quo ea ducit uia, Nihil inuenio praeter scalmũ ulteriori in ripa,

in ci-

in citeriori zonam, quæ tumultuāti filiæ exciderat, Sed eo exanimatus, Orta luce, quæ mihi tristissima longe, omniumq; funestissima eluxit, ubi res in uulgum emanauit, passim querelæ feruēt, Ab alijs mutuum acceperat, alijs imposuerat, alius ex illius conuictu aliquid desyderabat, nemini non aliquid adfuerat mali. Sed quid me consoletur communis cū multis iniuria? Audio, sed heu sero audio, huiusmodi flagitia apud illum noua nō esse, His artibus, ita a puero fuisse exercitatum, his rudimētis cœpisse, ut seipsum ne senex quidē unq; uincere potuerit, Nulla unq; honesta uenere delectatū, nec a cognatis quidem solitum abstinere, Nihil unq; sacratum illi fuisse, alieni appetentissimum, suorum profusorem, simulandi, ac dissimulandi mirum artificem. Quid enim ego hic optime princeps, uel meam calamitatem, uel illius scelus uerbis exaggerem? Rem uides, qua quid unq; auditum est atrocius? hospicium polluit, fidem perfide uiolauit, pro summis beneficijs summum maleficium reddidit, familiam perdidit, uernaculam per nephas electam constuprauit, scrinia compilauit, filiam puellam, & unicā rapuit, me nudum, orbum, senem reliquit, a quo fuerat nudus, egensq; receptus. Quid illi posthac sceleratum uideri poterit, quem neq; hospicij religio, neq; tanta in illum mea benignitas, neq; legum me Epilogus

 tus, neq;

tus, neq; numinis ullius reuerentia, neq; ætatis pudor, aut canities, neq; tam ſacræ noctis pietas, a tam nephario flagitio potuit dehortari? Quod portentum ſiquando in manus tuas incidet, non orandus es, ut meo nomine pœnas ſumas, ſed ut optimam patriam teterrima peſte liberes, quam funditus extingui, & deorum interſit & hominum, Vale.

De Defenſoria epiſtola.

RIminationi, Defenſione reſpõdemus, quæ quum plus etiam habeat artificij, q̃ accuſatio, tamen hic omittemus, tum quod multis uerbis opus erit, tũ quod a rhetoribus hac de re ſit diligẽtiſſime præceptum.

De Expoſtulatoria epiſtola.

EXpoſtulatio inter amicos perſæpe fieri ſolet, quoties officiorum operam requirimus, Ea ne quid amicitiam exaſperet, mitiganda eſt, uel laude, uel ioco, uel diſſimulatione. Ipſam quidẽ rem damnabimus, ſed uoluptatem quantũ licebit, excuſabimus. Mirari nos dicem⁹, quid in cauſa fue-

rit,

rit, quiduis suspicari malle, q̃ illũ ab officio cessasse.
Exemplũ, Centenas iam ad te literas dedi, tu nec Exemplũ
unas quidem reddidisti, quid coniectem? quid di
uinem? uiuere te? insepultum esse? Sed uiuere, atq;
etiam ualere nuper mihi gener tuus nũciauit. Quo
nam uetus ille tuus in me animus euanuit? Itaq; ne
potuit ob non diuturnam absentiam Guilielmo E-
rasmus excidere? Potuit ne illa tam uehemens flam
ma languescere? Potuit extingui tantum amoris in
cendium? Et quo nostri tibi cura recessit? Ego, mi-
rum est dictu, quanto tui desyderio macerer, & tu
fortassis nostri secur⁹ nouis amoribus te oblectas,
Ne mihi ueteres illas excusationes protuleris, non
fuit ocium, non erat tabellarij copia, Quænam ista
tam importuna negotia, ut ne semihoram amico
operã dare nõ sinãt? At quin hoc saltẽ scribe, disti-
neor occupatione, nõ licet scribere, uale, An me pla
ne uacuũ credis? An tot iucũdis suspirijs cõsũptissi
mus, nũc nõ aliquid etiam somno defraudaris, dũ
unũ aut alterũ uersiculũ ad amicũ scribas? An uero
tot iã mẽsib⁹ nemo unq̃ oblat⁹ est, cui literas cõmit
teres, præsertim familiares? Nemo cui aliquid mã-
dares? per quẽ ne saluere quidẽ iuberes? Oẽs istuc
abeunt? istinc nemo emergit? Sed audio te nuper
noua dignitate auctum, fortassis superbior nobis
es factus, postquam esse cœpisti pecuniosior,

Quod

Quod si commodo tuo sit, modestius silentium feram tuum, sin uel obliuione nostri, uel aliquo incõmodo detentus, taces, grauiter, ut par est, patiar. At ego quiduis suspicari malo, q̃ te officio tuo functum non esse. Vtcunq; tamen res est, fac me hoc scrupulo q̃ plurimum leues, & me, si te temere reprehendi, audacter recrimineris. Vale.

De Expurgatione.

EXpostulationem purgatiõe diluimus, ita ut nos ea expostulatione non modo nihil offensos, uerumetiam uehementer delectatos ostẽdamus. Deinde suspitionem obiectã grauiter abhominabimur. Postremo rationes q̃ maxime probabiles, quibus ea purgemus, proferendæ sunt.

Exemplũ Exemplum. Non tam molestum fuit me absente immerentem accusari, q̃ iucundum officium requiri. Est enim immodici amoris argumentum temere de amico suspicari. Quã q̃ tu meum tam diuturnũ silentium non sine causa miraris, Hic enim mensis est prope decimus, ex quo nihil ad te literarum dedi. Sed dij prohibeant, quæ tu scribis, ut Erasmi Guilielmi obliuisci unq̃ possit. Vnq̃ ne Guilielmꝰ posset Erasmi non meminisse? Ego ne nouis me oblectem amoribus? Ego ne successibus elatum te minoris

noris faciam? quasi uero ulla mihi fortuna sine te dulcis aut fuerit unq̃, aut esse possit? Caue uero credas ulla negotia tanti apud me esse, quæ non facile posthabeam, si aliquãdo ad te scribendum erit. Cur igitur, inquies, nihil adfertur scriptorum? Audies, Scripserã bis, primum per Stilbontem affinẽ tuum Idibus Martijs, Deinde per socerum meũ Petronium Kalẽdis Iulijs, Priores quidem tibi non esse redditas scio, Ait enim reuersus Stilbon, sibi eas in itinere excidisse, ideoq̃ ueritum te cõuenire. Socer quum istuc iter instituisset, consilium in profectione mutauit, Post hos nemo mihi contigit, cui recte committerem, Nec tuas quidem omnes accepi, Cæterum hoc tibi etiam atq̃ etiam persuadeas uelim, neminẽ uiuere, aut tui amantiorẽ, aut æque memorem, Vale.

De Exprobratione.

VT cum amicis exposturlamus, ita inimicis exprobramꝰ. Quare illam mitigari debere docuimus, hanc exaggerandã monemus. Et quoniã omnis exprobratio ab humanitate uidetur procedere, coactos nos id facere dicemus, uel ob nulli tolerandam illius ingratitudinem, uel ob insignẽ stoliditatem hominis, uel quod nos maledictis quotidianis

dianis ad id cõpulerit, uel quod cũ impudẽtiſſimis nebulonibus impudẽtius ſit agendũ, & ſtulto iuxta ſtultitiam reſpondendũ, & id ab optimis uiris ſæpe factitatũ admonebim⁹. Et reliqua quæ ad hãc ſententiam faciũt, proferemus. Aut certe per diſſimulationem ad exprobrationẽ ueniemus, Cõſcientiam ipſius ſubinde teſtabimur, Rem ipſam artificioſa narratione ante oculos ponemus, in qua perpetuo, & noſtrã in illũ beneficentiã, & illius in nos
Exemplũ ingratitudinẽ ãplificabim⁹. Exẽplũ, Nõ tandẽ pudebit te tui, ſenex oĩm qui uiuũt, ingratiſſime? Cupiebã, ita me deus amet, & meorũ in te meritorum obliuiſci, & tuã ingratitudinẽ ſilentio diſſimulare, ſi quoquo modo patereris. Sed uincit meã modeſtiã tua improbitas. Audes hoĩs mõſtrũ tantæ meã in te beneficẽtiã expertus, ultro etiã te iactare impudẽs, tãq; aliquid de nobis ſis meritus? Audes me ultro ingratũ uocare, quũ tu pro ſummis officijs, quã tũ potuiſti maleficiorũ repẽderis? Hic ego tuã ipſi⁹ cõſcientiã cõpello, tuã iniquã illã cõſcientiã, quã tu tot ſcelerib⁹ pollutã intra te geſtare coge ris, eãdẽ ingratitudinis tuæ & teſtẽ, & carnificẽ. Die mihi ſceleſtiſſime ſenex, nũq; ne tibi ſuccurrit q̃ ſupplex apud me ãbieris, ut uel aliqua ex parte apd⁹ me hereres? ut aliquid tibi mearũ literarũ impartirẽ? Pereã ni me ipſum tui pudeat, quoties oris tui ſpeciẽ illã arte ſce-

lera

ſeratiſſima cõpoſitã, cogitatiõis oculis intuear. Te hominẽ canũ, rugoſum, tantũ blãdiciarũ, lachrymas etiã effudiſſe, me quidẽ referre pudet. At quorſum attinet narrare memoriã? Narret tibi cõſcientia que feceris, quæ dixeris, quæ promiſeris, quæ iuraueris. Vltro benignus obtuli, qd' hõ alioqui impudẽtiſſimus nec petere quidẽ audebas. Scis ipſe q̃ fraterno ſum te aĩo cõplexus, quantũ laborum, uigiliarũ, tua cauſa ſuſceperim. Ego meis poſthabitis rebus, aſinum ad lyrã duxi. In eo docendo (ſi dijs placet) tã tũ menſium triui demens, Dic mihi omniũ Scotorum Scotiſſime, quis iſtos mores, uel unũ diẽ pati poſſet? Quis iſtud os, uel quantauis mercede uidere ſuſtinuiſſet? Iam nũc animo meo ingẽs oboritur nauſea, & tibi oboriretur, ſi faciem illam mõſtruoſiſſimam meis oculis uidere poſſes. Sedebas puto pulchellus bos ad paleſtram excercendus, & me præceptorẽ oculis illis refugis, & ferinis per hirta, cauaq; ſupercilia intuebare, defluẽte interi in canaſcẽtẽ barbam, ſaliua. Adde intractabile, ſpinoſumq; ingenium, caput pluſquam marmoreum, ſenſum ſtupidum. Ego iſta, quæ ne ipſe quidem interdum ferre poteras, ſcis quam pacienter tulerim. Quid a me præteritum eſt, quo tarditatem tuã uincerẽ? Audes inficiari hõ frontis perfrictæ? Te ſtabũt laborũ meorũ apd' te mõumẽta, nõ rubore

perfunderis, quoties librũ a me multis sudoribꝰ cui gilatũ ĩtueris? Nõ exhorrescis? nõ teipsum refugis liqñ ad te redis, id est, si qñ ab ista phrenesi paulu lũ resipiscis? Tu hominẽ sic de te meritũ nõ amare, nõ uenerari potes? Tu putida ista lingua ĩlectaris, cuiꝰ tu linguã tã officiose es expertus? Quid ego hic te tibi ostendã? Scis qd uirus, quã fœditatẽ ex ista cõtaminatissimi pectoris tui cloaca euomueris, Et audes istis cũ factis solẽ intueri? Audes in hoĩm ue nire cœtus? Audes in tẽplis ad aras sacras istas manus, istos oculos ostendere? Audes ista uiperea lingua quã in hoĩem beneficẽtissimũ toties uibrasti superos præcari? Nũ tu superos, aut inferos ullos esse credis? Sed ego exprobrandi finẽ faciã, quũ tu lacessendi finem facis nullũ. Male pereas. Huius etiã generis exẽplũ erit illa Cicerõis ad Octauiũ, cuius initiũ est, Si per tuas legiões, &c. Et illa Hieronymi ad Iulianũ. Apd Ouidium itẽ Medeæ epistola ad Iasonẽ.

De epistola Inuectiua.

INuectiuarũ scribendarũ artificiũ partim ex Demõstratiuo genere sumit, partim Iudiciali, Nã in hoĩs uituperio uersari necesse est. In quo notatiõibꝰ frequẽtibꝰ utemur. Præterea & obiecta diluemus, & fortiter rei amplificabimus crimina,

crimina, quod ad iudiciale genus pertinet, Ea a rhetoribus didicisse debemus. Nos solũ hic admonẽdũ putauimus, ut in Inuectiuæ exordio stati intoleradã stoliditatẽ, superbiam, importunitatẽ, maledicentiam aduersarij demõstremus. Nos præter morẽ nostrũ coactos id facere dicemus, Nos illũ non imitaturos, ut cõfictis criminibus agamus, sed a cõuitijs tẽperantes obiecta tantũ diluem⁹. Deinde ex hoĩs descriptiõe uerisimile efficiem⁹, eum uel odio, uel innata maledicendi libidine, ea cõmẽtũ esse. Vnũ ex obiectis, qd' cp̃ rectissime dilui possit, ponemus. Id ubi diligẽter refellerim⁹, cũ recriminatione dicem⁹ hoĩs impudentiã, uanitatẽ ex eo uno spectari oportere. Tũ ea ipsa, quæ nobis conatus est ingerere, in ipsũ retorquebim⁹, & aut eadẽ, aut grauiora admisisse ostẽdem⁹. Multa in suspitiõe relinquemus, uel qd' tam sint obscena, ut nec aduersario lacessenti debeãt obijci, uel qd' ob multitudinẽ flagitiorũ e plurimis pauca dũtaxat dicere uoluerimus, ex uno, aut duobus facinoribus reliquã ei⁹ uitã facile posse estimari. Deinde ubi ineanduerimus orationis processu, oĩm scõmatũ, saliũ, dictorũ genere insectabimur, Et nõ odiosum modo, sed & ridiculũ ostẽdemus. Multam ironiam adhibebimus. In fine tãc̃ ipsi nosmet reprimamus, hortabimur, ut aliquãdo resipiscat, ne cogamur & nos, aliqñ modestiam

ſtiam relinquere. Exẽplũ qui quærit, legat mutuas illas Inuectiuas Demoſthenis, & Eſchinis. Ciceroñis & Saluſtij. Hieronymi & Ruffini. Poggij & Vallæ. Nos quoniã hoc in genere minime ſumus exercitati, ueremur, ne huius ſcripti artificio parũ poſſimus ſatisfacere.

De Deprecatoria epiſtola.

NVnc ad Deprecationẽ tranſeamus. Deprecamur, quũ culpã manifeſtam fatemur, & tamen ignoſci uel nobis, uel aliis oramus. Hic ſupplices erimꝰ, Culpam ingenue fatebimur, Extenuabimus poſtea uel ab imprudẽtia, uel ætate, uel culpæ partem in alios tranſferemus, Eius clementiam laudabimus, & implorabimus. Spẽ melioris

Exemplũ uitæ oſtendemus. Exemplum, Lachrymas mihi excuſſit filius, adoleſcens non tam deſperandus, q̃ inſtituendus. Venit ad me macie & ſqualore confectus. Rogo quid haberet. Statim lachrymæ obortæ, ſingultim uix narrat periiſſe ſe, quod patrẽ amiſerit ſua ſtultitia. Rogo quid flagitij, Fatetur ſe ſortem, quam ad negotium acceperat in amicam inſumpſiſſe. Te offenſum, animũ paternũ abieciſſe, Aduolutus eſt genibus meis, fleuit, promiſit emendam. Quid multa? Fecit mihi pœnitentiæ fidẽ, Cõfido hoc malo edoctum, poſthac diligentiorẽ futurum.

rum. Quare quũ ille ad se redijt, te quoq; in patrẽ redire conuenit. Satis iã flagitij pœnas luit. Ita grauiter fert iram tuã, ut prorsus hanc lucẽ cupiat effugere, nisi in gratiã recipiatur. Ego illum obiurgaui acerrime, Quid multa? Ipse si uidisses, nec iratus quidẽ lachrymas tenere potuisses, Quod reliquũ est, clementer corrigi potest, Immodica seueritate ne frangatur animus imbecillis, cauendum est, Ignosce uel ætati, puer est, rerum imperitus, ab improbis conuictoribus impulsus est, lapsus est nunc quidem primũ, culpam fatet̃, orat, pollicet̃, dedit sese. Quid quæris ãplius pater a filio? cogita & illũ puerũ esse, & te fuisse, atq; ita, quod pater es, utere, ut memineris te hominẽ esse, & hoĩs patrẽ. Nũq̃ tu ista ætate lapsus es? Nunq̃ fecisti, qd̃ a patre tuo corripi posset? Adolescẽtẽ igit̃ tibi in manus restituo, totã causam ad me recipio, ꝓ illo fideiussorẽ me constituo, quod si noxã addiderit utcunq; abdicare licebit. Vale. Alterũ exẽplũ ex Cicerõe. Si quid ĩ te peccaui, ac potiꝰ quoniã peccaui, ignosce. In me enĩ ipsũ peccaui uehemẽtiꝰ. Nunq̃ putaui fore, ut supplex ad te uenirẽ, sed me Hercule facile patior, Datũ tẽpus in quo amorem experirer tuũ. Amabo te Da mihi & hoc, obliuiscere mea causa illum aliquando suo familiari, aduersario tuo uoluisse consultum, Hoc ignoscere est humanitatis tuæ. Volo te, quum fortissimus sis uir cognitus,

Alterum exemplũ.

tus, etiã clemẽtissimũ existimari. Magno erit tibi ornamẽto nobilissimũ adolescentẽ tuo beneficio esse saluũ, Orat, cõfitet, ppria purgat, pœnitet, Quid queris? quia qd' factum est, infectum fieri nõ põt, Nõ tã tibi hoc factũ displicet, q̃ ipsi qui fecit; de reliquo futurũ illũ emendatũ, ego in me recipio, meo periculo pro illo fide iubeo. Si rursum peccauerit, meipsum ad supplicũ depoſce. Vt iure peccanti succenſebas, ita pœnitenti æquũ est ignoſcere, præſertim puero, & aliena malitia ad delictũ impulſo. Non quid huius malitia, ſed quid tua clementia poſtulet, tibi conſyderandũ puto. Eia ne nimium durus ſis pater. Nihil ne tu peccas uel ſenex? & puero nihil uis cõdonare? Vin tu tuos, ſenes cõtinuo naſci? Adeo ne excidit, qualis tu ĩ iſta ætate fueris?

DE EXTRAORDINARIIS

generib⁹ epiſtolarũ, & prim de Nũtiatiõe.

OVæ ſub aliquo triũ generũ, Suaſorio, Demõſtratiuo, Iudiciali cõtineri uidebant, ſatis abſolui mus. Nunc ad reliquas epiſtolarum ſpecies ueniemus. Quæ quanquam rhetorum artificium non itamultum delyderent, tamen frequentius fere incidũt, quam ille ſuperiores. Nunciatio igit ſimplex & dilucida eſſe debet, breuis præterea, & diſtincta,

distincta, Interdũ gratulationẽ, aut cõsolationẽ hẽt admixtã. Narratione cõstat, de qua paulo inferius præcipiem⁹. Exẽplũ. Quoniã iam ãnũ fere a nobis abes, quicquid hic interim nouorũ ẽ ortũ, puto & me tibi debere scribere, & te scire uehemẽter cupere. Audies igit̃ ex me noua quidem permulta, haud oĩa læta tñ. Nõ ignoras rerũ mortaliũ cõditionẽ, Nihil tã beatũ in hũanis negotijs, qd̃ ñ aliqua incõmoditate tẽperet̃. Patruus tu⁹ incredibile ẽ, quãtũ te amet, quantũ tua gloria delectet̃. Vetus inquies, est istd̃, Audi igit̃, qd̃ nouũ dices, Antiqu⁹ ille cõpotor tuus, ille inquã, quẽ nosti Ebridius, tantus amator, tã elegãs, tã nitidus hõ, tã mulierosus, Quid fecit ĩquies, an uxorẽ duxit? Imo repẽte mutat⁹, oĩb⁹ nugis ualefecit, Cordigerorũ institutũ ꝓfessus est. Iocari me dices scio, sed ita rem esse cõperies. Quid hoc? an tibi uet⁹ uidet̃? Accipe qd̃ magis mirere, Varus ille tuus carnifex Varus esse desijt. Iã te amat qd̃ nũq̃ ãte hac, te laudat, tuos colit, tuũ aduẽtũ exoptat, bñ dicere discit, hõ maledicẽtissim⁹, Verũ dicere incipit, hõ uanissimus, Fidẽ seruat, nebulo perfidissimus. Eamus nũc, & poeticas transformationes rideam⁹, quũ tãtã rerũ mutationẽ breui factã uideamus, Auũculus tuus episcopatum Idibus Ianuarijs obtinuit, nõ sine maxĩa quidẽ cõtẽtiõe, Nosti cõpetitoris, & improbitatẽ, & factiões, Obtinuit tamen.

Exemplũ

mē. Id te ꝙ̄ prim scire uolui, ut illi per literas diligen
ter gratuleris. Hæreditas ea, quæ tibi e manibus pe
ne erat extorta, mea tibi est opera restituta. Ne mi-
hi ꝓ hoc officio gratias egeris. Facio enī tuis in re-
b⁹, qđ tu in meis soleb as. Voluptatē tibi ingētē nū
ciabo. Postridie No. Mar. Soror tua peperit mari
to filiū, Patri, tibiq; nepotulū. Iā quid muneris ab
te ferā, si rē tibi aperiā multo festiuiorē? Dij te oēs
diligūt. Absenti tibi, nec expectāti quidē bnficiū ac
cessit, & āplū, & īprimis hōestū. Ad V. Idus Feb.
Cornelⁱ⁹ uir integerrim⁹, e uitis migrauit, hic egro
tās, quū peiores ñ placerēt, re successorē nouit.
Mēsem superuixit. Tu uigilia ne præda tā bōa eri-
piat. Habes de reb⁹ priuatis, de publicis credo ĩstuc
rumorē nostras literas præuertisse. Calen. Iul. regis
unctio incredibili cū apparatu ē celebrata. Ad quin
tū No. Se. nuptiæ regia pōpa peractæ. Legati mul
torū regū noīe auditi. Nēo ñ magnifice donatus di
scessit. Britānī nescio quid tumultus oñderant, sed
res æquis cōditiōibus cōposita ē. Audisti de statu
publico, Quod reliquū ē ñ indicarē, nisi te scire tua
magnopere interesset. Pestis mēses iā aliquot ap⁹
nos sæuit. Ea cū permultos ex amicis, tū matrē tuā
fœminā oīm quas in uita uideri optimā absumpsit.
Frater eodē morbo corrept⁹, recreat⁹ est, sic uisum
ē superis. Equo aīo feras oportet. Quid hac in re te
facere cōueniat, tu tecū statues. Habes fere quæ te

scire-

scire uolebã, si quid interea noui emerserit, faciã te q̃ prim certiorẽ. Vale. De Cõmissiua epistola.

Epistola Cõmissiua nihil habet artificij, præter sermõis elegantiã, & breuitatẽ, Exẽplũ. N. Liberto suo S.D.P. Vt præseris multũ, diuq; te admonui, caue quicq̃ meo iniussu tentaueris, Si quid existet noui, me per literas cõsules, Agrũ, de quo scribis emẽdi tibi ius permitto, mõ ñ pluris trecẽtis scutatis ueniat, Petroniũ impudẽtissimũ debitorẽ, semel atq; iterũ monitũ, in ius uocabis. Si inficiabit̃, chirographũ tibi mitto, dies iã pridẽ præterijt, Ab Asinio creditã pecuniã meo noĩe repetes. eãq; si reddet, recipies. De permutãdo bñficio fac Stilbõtẽ uirũ, ut scis, & cõsultissimũ, & nostri amãtissimũ ĩ cõsiliũ adhibeas. Is qd̃ cẽsebit facto opus, id perinde ac si ego autor essem, exequitor. Anteq̃ domũ edificãdã cemẽtarijs locaueris, prius cũ Phydia cõmũicato, Deĩde eius hac de re sẽtẽtiã ad me scribito. Hos libros una cũ epistolis. Gulielmi mei mãibus reddẽdas curabis & diligẽter, & q̃ primũ, Strabonio uerbis meis gratias ages q̃ maximas, Genero meo noĩe gratulaberis, Luciũ cõtubernalẽ meũ plurĩm saluere iubebis, Sed heus tu, pene preterierã, qd̃ minĩe preteritũ oportuit, Nepotẽ meũ fac q̃ prĩm ab isto preceptore tã ĩepto abducito, ac

 eruditio-

eruditiori cõmittito, Caue te pecuniæ ratio offendat, si mõ idoneũ doctorẽ nancisci poteris. Si quaunq; in re sedulo tuo fuct⁹ es officio, in lite Verulana fac omnem fidem, industriam, diligentiam, ingenium ostendas. De uilla instauranda quiesce, donec meam sententiam acceperis, Vestes meas oẽs una cum anulis ad XI Calendas Iulij transmittito, Non pluribus te monebo, Tu fac ut & soles, & æquum est, tuo officio fungere, Erit apud me diligẽtiæ tuæ præmium, Vale.

De Narratoria epistola.

NArratio si rite tractetur, & plurimũ adfert uoluptatis, & ad persuadendũ plurimũ adfert momenti. Ea cuiusmodi esse debeat, a Cicerone monstratũ est, Quæ siue ficta, siue uera erit, næc tria habere debet Claritatẽ, Breuitatem, Verisimilitudinem. Obscuritatem in narrando effugiemus, si ut quicque primũ gestũ erit, ita primũ exponem⁹, et rerũ, ac tẽporũ ordinẽ obseruabim⁹. Hic cauẽdũ, ne quid perturbate, ne quid cõtorte ne quid ãbigue, ne quid noue dicam⁹, neue ad aliã rẽ trãseam⁹, ne ab ultio repetamus. Breuitatẽ obseruabim⁹, si unde oportebit, rem exponere incipiemus, si non elonginquo repetamus, si non singillatĩ, si summatim

tim dicemus, ſi cauebimus, ne idē bis dicamus, ne
ue quod intelligi poterat, ſuperuacua oratione nar-
remus. Veriſimilis erit narratio, ſi ut natura, ut opi-
nio poſtulat, dicemus, Si ſpacia tēporum, perſona
rum dignitates, conſiliorū rationes, locorum opor
tunitates conſtabunt, Si cuiuſq; ætati, profeſſioni,
ingenio, moribus decorū & in dicendo, & in agen
do tribuemus, Si uultum, geſtum quoq; uniuſcui-
uſq; ante oculos ponemus. Exemplum, Quæris, Exemplū
qui tandem hæc aulica uita procedat? Dicam, ſed fabuloſæ
caue rideas. Ego ille ſerius, & ſeuerus cum De- narratōis
mea illo Terentiano, nouus aſſentator, præceptorē
ad eam rem nactus ſum ipſo Gnatone non paulo
peritiorem. Sed nunc demum mihi iuxta Græcum
prouerbium, 'Aſellus ad lyram, Lupi illius, qui Fabula lu
in apologis, mihi ſimillimus uideor. Is enim quū tri pi ex apo
duana inedia maceratus famelicus circumiret, uul- logis.
pem forte obuiam habuit, Quā ubi pinguiculam,
ac nitidam uideret, mirari cœpit, unde in tam den-
ſa niue uictū ſibi pararet. At illa ſimiæ latebras quas
dā cōmonſtrat, ubi ſe opipara cœna comiter exce-
ptā aiebat. At etiam aſſæ carnis reliquias profert,
quas ubi lupus ſubito deuoraſſet, irritatur iā fame,
uulpeculam obnixe rogat, uiam ſibi aliquam ape-
riat, qua ſe ipſe quoq; poſſet in ſimiæ familiarita
tem inſinuare. Illa nulla noua arte ad eam rem opus

eſſe

esse respondit, tantum mentiri ne puderet. Ille facillimum existimans falsum dicere, ad antrū cōfestim pergit, Ingredienti, quū grauissimus nidor nares offenderet, clare exclamans, malum inquit, quid hic tam grauiter olet? Introspexit, foedissimā bestiā deformes catulos complexantem uidit, Hic ille uulpinorū monitorū oblitus, exclamās, Pape, inquit, tur piores ego bestias haud uidi unq̄, Continuo prosilientes simiæ, in lupum impetū faciūt, Alia in oculos inuolat, alia natibus insedit, Ille miser uix effugit. Rediēs uulpem offendit, expostulat, narrat, ut dixerit, ut eiectus sit, Tum uulpes, Non miror, inquit, qui statim in limine uerum dicere coeperis, At ego te mentiri iusseram. An tu credis mihi nasum, aut oculos non esse? Ego quum primum ingrederer, mentiebar perinde me nouo quodam odore recreari, ac si in unguentaria taberna conledissem, Tū illam reginā reginarū omniū pulcherrimam, formosæ sobolis formosiorem matrem prædicare nō desitit. Præterea inter comandū caui, ne quid unq̄ ueri dicerem imprudens, Hoc si tu calleres, non fame perires. Me prorsus hæc descripsit fabula. Inter aulicos enim nihil uero odiosius, mihi nihil q̄ mentiri difficilius. Quare reducem me propediē expecta, Vale. De regia morte uarios isthic, ac plane diuersos rumores ferri uulgo scribis, de uulgo quiuerisimili

Exemplū narratiōis

dem

dem nihil est quod mireris, morē antiquum obti-
net. Quæ a uero sunt alieniſſima, ea credit lubentiſ
ſime. Quare ne quid dubites, rem a me, quemadmo
dum ab autoribus certiſſimis didici, accipe, Nam
quod repentina mors acciderit, ea res ueneni ſuſpi-
cionem, pleriſq; attulit. Quod autem ea quadrageſi
ma, quæ illi fatalis, & nouiſſima fuit, præter mo-
rem, & ualetudinem abſtemius uixerit, inde necis
ſubitæ quidam cauſam duxerunt. Sunt & qui im-
modica Venere defeciſſe credant, Erat omnino id
in eo uicij dum uiueret, Ad quod tum ætas, tum re
galis luxus, tum æqualium aſſentatio cohortaba-
tur. Verum ubi Neapoli rediſſet, ſiue muta-
ta mente, ſiue tam præſentibus territus, diuer-
ſum uitæ genus ingredi cœpit. Acceſſit eodem cor
digerorum quorundam exhortatio, qui regis ani
mum eo perpulerunt, ut uniuerſis huius uitæ illece-
bris, ſe penitus abdicaret, nihil ſibi permitteret, ni-
hil indulgeret, Monachum, nō regē dixiſſes. Quod
inſtitutum quum paulo ante cœpiſſet, tū in proxia
quadrageſima ita ſeſe inclementer macerauit, ut pri
ſtinæ licentiæ pœnas a ſe ipſe exigere uideretur.
Erat autem corpore admodum imbecillo, ſuperne
corpulentior, ac cruribus mirum in modum exili-
bus. Itaq; quum Idibus Aprilibus ex more pran-
ſus, una cum Regina inambularet, ſiniſtra uxoris

dextram

dextram cõplexus, altera manu baculum, ut solet, per ocium tractitabat. Per id tempus turris quæda edificabatur, opus sane & munitissimum, & pretiosum. Id ubi intentius lustraret, ac suspiceret, repente in tergũ collapsus est. Exanimata regina pene concidit. Trepidat toto palatio, accurrunt principes, Regẽ moribundum in cubiculum referunt. Ibi uix pauca locutus, animam efflauit. Habes rem ita ut gesta est. Cæterum de mortis autore, aliorũ sit cõiectura. Ego Italos huius sceleris artifices esse puto; Nec regẽ quidem ipsum medicorũ iudicio certam mortem fatuisse reor, Vale.

De epistola Collaudatoria.

Epistola collaudatoria patris ad filium.

Collaudatio est, qua filium, filiã ue, militem, seruum, officio suo functum, laudamus. Exemplũ, Nihil ex omni rerũ genere potuit mihi nunciari felicius, cũ te ijs moribus agere, qui & teipso, & tuo genere imt digni. Nunc ego demum te filiũ agnosco meum, quum te audio toto animo literis incumbere, fugitare consuetudinem cessatorum, parere reipatemæ, si modo non fallo est mihi nũciatũ. Tu perge in officio mi fili, hoccp persuasum tibi habe, si te qualem uolo, præstiteris filium, me benigniorem etiam cũ uoles; habebis patrem. Vale.

Vale. Alterũ exẽplũ. Facis ut merito te & amẽ, & collaudem, qui non ut uulgus seruorum solet, absen tis domini negotia impedias, sed omni cura, uigilan tia, opera coneris expedire. Eum ego demum frugi ministrum, & bene spectatum iudico, qui absente domino, quando impune cessare posset, in officio se continet, Audiui qua fide, qua industria mãdata peregeris, tu fac cætera eodem animo perse quaris, ut qui nũc merito te amo, perpetuo possim amare. Officio bene cœpto, strenue perfungere, domini negotia, tua ipsius ut sunt, esse credito. Tu si frugi ministri officio functus eris, ego domini liberalis partes haud præteriero, Vale, ac uigila.

Epistola collaudatoria.

De Gratiarum actione.

QVod in negotio meo rogari te passus non es, sed ultro studiũ tuum, operam, diligentiam & obtulisti, & præstitisti, ueterẽ tuam in me, meosq; humanitatem libens agnosco, Et facis tu quidem non meis meritis, quæ hactenus in te nulla extiterũt, sed tua uirtute dignum, qui nullis a me prouocatus officijs, tam prompto in me sis animo, ut beneficium accepisse uidearis, quum præstiteris, Quare quum tuo officio, plurimum meis rebus adiumenti attulisti, tum isto animo ita de-

Exemplũ gratiarũ actionis.

V lector,

lector, ut dictu sit incredibile. Neq; enim referre di cunt, quantum beneficium, sed quanto animo pre stiteris. Ex eius modo, potius q̃ rei, officium est metiendum, Meum erit, quod referre nequeo, per petuo meminisse. Nam quid ego tibi multis uer bis gratias agam? An hoc passurus es, qui nec mo neri te quidem passus es? Vtinam eam mihi facul tatem aliquando concedāt superi, ut possim hunc ani mum tui ardentissimum re potius, q̃ uerbis decla rare. Interim si quid erit, quo mea opera utendum putabis, caue rogaueris, sed ut tuo mancipio præ cipito. Inuenies ad quiduis & promptum, & ala crem, Vale. Aliud exemplū, Accepi munus tuū, re quidem magnificum, sed te autore longe mihi tū precioſissimum, tum iucundissimum. Recte enim a Nasone tuo scriptū est, Sic acceptissima semper, Mūera sunt, autor quæ præciosa facit. Quo quidē quid me tibi deuīctū esse fatear, quū sim iā olim de uīctissim⁹? Totus ī ære tuo sum, Arctioribꝰ uīculis me tibi adstringere nō potes, Quod referā uel isto munere, uel potius tuo isto in me animo, qui mihi munere ipso longe est suauior, dignū nihil habeo, nisi meipsum, quem si cuius esse præcij putas, pe culio tuo adscribito, Crede mihi nihil habes in omni genere possessionum tuarū, quo tu tam proprie possis & uti, & abuti, q̃ Edoardo tuo, Vale. Aliud

exemplum

exemplum, Multa ſunt tua erga me officia, at nul- Aliud ex
lum omnium mihi fuit aut oportunius, aut iucun- emplum.
dius, cꝫ quod fratrem meum in cauſa difficillima
tuo patrocinio iuueris. Qui ut eſt mihi prope mo-
dum meipſo charior, ita quicquid in illum contuli-
ſti, id mihi gratius etiam uideri debet, cꝫ ſi in meip-
ſum eſſet collatū. Sed ne diligentius tibi gratias agā,
noſtra familiaritas flagitare uidetur. Neꝫ enim tu
noui quidcꝫ feciſti, neꝫ ego uerbis, cꝫ re beneficiū
rependere malim. Vale.

Lamentatoria epiſtola.

NOn poſſum tibi, quales utercꝫ Exēplū la
uolumus, epiſtolas mittere, mentatio
quum mihi nihil rerum omniū nis.
ex ſententia ꝓcedat. Sed quid
ego mi Edoarde, me meis que
relis exanimo? Sed iuuat apud
familiarem tumum auunculum graues animi mei cu-
ras deponere. Credo omnes & ſuperos, & infe-
ros in meam perniciem coniuraſſe, ita ubi aliud ma
lū uix effugi, ſuccedit aliud multo acerbius. In mor
bum iam iterum, atcꝫ iterum incidi. Multo uix ſum
ptu recreatus, en ſenex ille Scotus, peſtis omnium
quas uncꝫ irati dij mortalibus immiſere, longe teter
rima, ſe mihi erudiendum dedit. Quid ibi miſeriarū
non uidi? Quantum luctus, quantum lachryma-

rum ſummis meis laboribus mihi conſciui. Id mo-
ſtrum iam biennium me exercet, Fugio, quando
uinci non poteſt. Iam deorum aliquem mihi propi-
tium factum arbitrabar, quod Henricum hominẽ
candidiſſimum eſſem nactus, cuius humanitas, illi-
tus feritatẽ leniebat. Inuidit mihi rurſum neſcio qd̃
numen, iucundiſſimi iuuenis conuictum, diſtrahit̃
inuitus ab inuito. Inde ſolus & deſtitutus, dũ om-
nia tento, nihil non experior, deum immortalem, in
quos fluctus? in quæ monſtra incidi? His tantis, tã
perpetuis malis, uel Hercules ipſe, aut ſi quid Her
cule fortius uinci poterat. Obdurui tamen, ſic mecũ
cogitans, Aduerſam fortunam etſi infeſta eſſet, ali-
quando malis meis ſatiatam æquiorem futuram,
Nemini perpetuo acerbam, aut fuiſſe unq̃, aut eſ
ſe poſſe. Et ecce de integro morbo capitali corripi-
or miſer, qui quod erat diuturnus, & corpus, & lo
culos penitus exhauſit, Nec erat cui meus doleret
dolor, quos iuuaret permulti. Scotum autem illum
præter cæteros delectabat malum meum, cui mole-
ſtiſſimum ut eſſet, erã meritus. Nec tum quidem
animum deieci, non quod ſperarem quicq̃, ſed ne
teterrimo illi ſeni uoluptatem augerem. Seruatus
ſum, ſed ſuperis, opinor iratis, ſi miſeriis ferẽdis ſer-
uatum eſſe uoluerunt. Quid enim poſtea uel maxi
mis, uel minimis in rebus a me tentatum eſt? quid

tam

tã dextero cõsilio institutum, qd̃ non infelicissime euenerit? O me omnium qui sunt, quique fuerunt, infortunatissimum, Ego ne unus ex universo hominum numero extiti, cui omnia aduersarentur? cui nihil unq̃ obtigerit optatum? Hic tu me scio, literis, & ingenio cõsolari incipies. Tolle mihi inanes istas consolationes, quæ ægritudinem meam exasperãt etiam, tantum abest, ut leniant, Odi iam ego meum hoc ingenium, Odi literas, quibus si carerem, minꝰ miser essem, minus sentirem, minus angerer, Sed querelarum plus satis. Tu cura, ut recte ualeas, quãdo nos dij no luerunt.

De Gratulatoria epistola.

IN Gratulatione animi nostri summam uoluptatem declarabimus. Rem, de qua gratulamur, extollemus, Eum unum eiusmodi honore dignũ per assentationem dicemus. Deinde illi, ut bene uertat, precabimur. Exemplum, Incredibilem animo cepi lætitiam, quũ te summo principum, & populi consensu episcopum creatum esse intelligo, Gaudeo aliquando eum honorem tibi ultro delatum esse, quo tu te semper dignissimum

Exemplũ

exhibuisti. Nec tibi tantum gratulor, qui honore isto (quanꝯ tuis moribus, tuæ eruditioni debito) non multũ delectaris, sed multo magis patriæ gratulor, quæ talem sit antistitem habitura, qualem ante hac habuit nunꝯ. Gratulor tuis omnibus, quos quum semper morum innocentia decoraris, nunc etiã uitæ claritate illustrabis. Gratulor mihi ipsi te ãplissimis honoribꝰ esse auctum, cuius omnes fortunas meas esse duxi. Episcopatu quidẽ isto in uniuersa Britannia neꝯ honestior alius, neque ditior, neꝯ tuis rebus commodior cõtingere poterat. Tu tibi, qua es modestia, onus haud honorem obiectum dices. At ego sic existimo, superos & patriæ per te consultum esse uoluisse, & tibi uirtutis materiam illustrandæ paratam. Quæ res precor, ut tuæ paternitati, gregiꝯ tuo uertat bene. Me totum quã tus sum ad tuum obsequium offero. Vale.

De loco sa epistola.

IN unoquoꝯ epistolarum genere, quoties res patitur, iocũ admiscere debemus. Quo in genere, & Ciceronem plurimum ualuisse, & Campanum fere immodicum, ac solutum esse uidemus. Cuiusmodi uero debeat esse iocus, Cicero de Oratore monstrauit. Exemplum, Sal-

ue cele-

ue cessator omnium cessatorum maxime, bellum ti bi denunciaturus eram, quod tu iam sexcentos annos nihil scribis, multa abeunti pollicitus. Iam parati fecialis, paterq; patratus. Iam hasta conijcienda, ni Sertorius tuam causam doctissime egisset, hō Cicerōe ipso patronus nō inferior. Habebat causam sane difficillimam, & iudicem minime æquū, Quid excusauit inquies? Non negotia tua, non tabellariorum penuriam, non perfidiam. Ista enim antiqua sunt mendatia, & te noui. Placuit uero me, quod chiragra te laborare diceret. Ridere me putas? Sed Esculapio gallum uoueas oportet, Vale.

FINIS.

Impressum Cantabrigiæ, per Ioannem Siberch
Anno M.D.XXI. Mense Octobri.

MVSEVM
BRITAN
NICVM